



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guida per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>



43

ERASMI ROTTERODAMI

De ratione studiū, ac legendi
interpretandiꝫ auctores
libellus aureus.

Officiū discipulorum ex Quintiliano.
Qui primo legendi, ex eodem.

ERASMI

Concio de puero IESV in schola
Coletica Londini instituta ꝑnūciāda.

EIVSDEM

EXPOSTulatio IESV ad mortales.

EIVSDEM

CARmina scholaria.



Erasmus Roterodamus Petro Viterio, liberaliū
disciplinarū professori eximio. S. D.

Næ tu rem istam mi Petre suauissime, & perspicis acute, & grauius, vereq; iudicas, plurimū referre, qua ratione, quoq; ordine qd instituas, idq; maximū habere momentum, cum ceteris in rebus omnibus, tum vero præcipue in bonarum studijs literarū. An non videmus ingentia pondera, si artē adhibeas, minimo tolli negotio, quæ nullis alioqui viribus moueri poterant? Quemadmodū & in bello non perinde refert, quantis copijs, quātisq; viribus hostem adoriaris, vt q̄ probe instructo exercitu, q̄ cōsilio, quoq; ordine pugna capessas. Ac multo celerius quo tendunt, perueniunt n̄, qui semitas cōpendiarias norunt, q̄ qui amnem (vt ait Plautus) ducem sequuntur. Et vel contempto Pythagora τῆς λεωφόρου ingrediunt, vel varijs etiā errorū ambagibus circumaguntur. Proinde rogas, vt tibi studiorū ordinē, ac viam, formamq; præscribam, quam tu, veluti Thesei filium secutus, & in autorū labyrinthis citra errorē versari q̄as, & ad eruditiōis summam celerius emergere, vel magis aliorū studijs confule re, quos bonis literis instituis. Quandoquidē ipse iā prope modum ad eruditiōis fastigiū peruenisti. Equidē pro mea certe virili non grauatim parebo homini tam amico, vt nephas sit quiduis etiam flagitanti negare, nedum rem tam honestam, tamq; frugiferam. Q; si senseris nostrum hoc consilium tibi cōmodo fuisse, tui candoris erit & alijs ad bonas literas enitētibus, digito viā indicare.

DE RATIONE STVDII II



Principio duplex oīno videt̃ cognitio, rerum ac verborū. Verborū prior, rerū potior. Sed nonnulli dum ἀνίπτοις (vt aiunt) ποσὶν ad res discendas festinant, sermonis curā negligūt, & male affectato compendio, in maxima incidūt dispēdia. Etenim cū res non nisi per vocū notas cognoscant, qui sermonis vim nō calleat, is passim in rerū quoq; iudicio cæcutiat, hallucinetur, deliret, necesse est. Postremo videas nullos omniū magis vbiq; de voculis cauillari, q̃ eos qui iactant sese verba negligere, rē ipsam spectare. Quapropter vtroq; in genere statim optima, & quidē ab optimis sunt discēda. Quid enī stultius, q̃ magno labore discere, quæ postea maiori cogaris dediscere? Nihil aut̃ facilius discit̃ q̃ quod rectū, ac verum est. At praua si semel inhæserint ingenio dictū mirū, q̃ non possint reuelli. Primū igit̃ locū grāmatica sibi vendicat. Ea q; p̃tinus duplex tradēda pueris, græca videlicet, ac latina. Nō modo q̃ his duabus linguis oīa ferme sunt p̃dita, quæ digna cognitu videantur, verū etiā q̃ vtraq; alteri sic affinis est, vt ambæ citius percipi queant coniunctim, q̃ altera sine altera, certe q̃ latina sine græca. A græcis auspicari nos mauult Quintilianus, sed ita, si his literis perceptis, nō longo interuallo latinæ succedant. Sane vtrasq; pari cura tuēdas esse monet, atq; ita futurū, vt neutræ alteris officiant. Ergo vtriusq; linguę rudimenta, & statim, & ab optimo p̃ceptore sunt hauriēda. Qui si forte nō cōtingat, tū (quod est proximū) optimis certe vtendū autoribus. Quos e q̃dem perpaucos, sed delectos esse velim. Inter græcos grāmaticos nemo non primū locū tribuit Theodoro Gaze. Proximū mea sentētia Cōstātinus Lascarus sibi iure suo vendicat, Inter latinos vetustiores Diomedes. Inter recē-

A ij

DE RATIONE STUDII

tiores haud multū video discriminis, nisi quod Nicolaus Perottus videtur omnium diligentissimus, citra superstitionē tamē. Verū ut homini praecepta fateor necessaria, ita velim esse quoad fieri possit, quā paucissima, modo sint optima. Nec unquam probavi literatorum vulgus, qui pueros in his inculcandis complures annos remorant. Nam vera emendate loquendi facultas, optime parat, cum ex castigate loquentium colloquio convictus, tum ex loquentium authorum assidue lectione. E quibus si primum sunt imbibendi, quorum oratio praeterquam quod est castigatissima, argumenti quoque illecebra aliqua discipulis blandiat. Quo quidem in genere primas tribuerim Luciano, alteras Demostheni, tertias Herodoto. Rursum ex poetis primas Aristophani, alteras Homero, tertias Euripidi. Nam Menandrum, cui vel primas daturus eram, desideramus. Rursum inter latinos quod utilior loquendi author, quam Terentius. Purus, tersus, & quotidiano sermoni proximus, tum ipso quoque argumenti genere iucundus adolescentiae. Huic si quis aliquot selectas Plauti comœdias putet addendas, quae vacent abscoenitate, equidem nihil repugno. Proximus locus erit Vergilio, tertius Horatio, quartus Ciceroni, quintus C. Caesari, Sallustio si quis adiungendum arbitrabit, cum hoc non magnope contenderim. Atque hos quidem ad utriusque linguae cognitionem satis esse duco. Neque enim mihi placet, qui in evolvendis hunc in usum autoribus, etiam quibuslibet, vitam omnem conterunt. Prorsus infantem existimantes eum, quem vlla chartula suffugerit. Ergo parata sermonis facultate, si non luxuriosa, certe casta, mox ad rerum intelligentiam conferendus est animus. Tametsi ex his quoque scriptoribus, quos expoliende linguae gratia legimus, non mediocris obiter rerum quoque cognitio percipitur. Verum ex instituto, omnis fere rerum scientia, a grecis autoribus petenda est. Nam unde nam haurias vel

Terentius

DERATIONE STVDII III

purius, vel citius, vel iucundius, q̄ ab ipsis fontibus? Sed quo ordine disciplinæ discendæ sint, & ex quibus potissimū p̄ceptoribus, id alias fortasse rectius ostēdemus. Interim ad primæ ætatis studia reuertamur. Vt igit̃ ex his authoribus, vnde linguę copiā petendā esse diximus, fructum capias & maturius & vberiorē, Laurentiū Vallā tibi censeo diligēter euoluendū, qui de latini sermonis elegantia scripsit elegantissime. Huius adiutus præceptionibus, ipse per te nō pauca annotabis. Neq; eī te velim per omīa, velut addictū Laurētianis seruire p̄ceptis. Adiuuabit hoc quoq; si figuras grāmaticas a Donato ac Diomedē traditas, edidiceris. Si carminis leges ac formas omnes tenueris, si rhetorices summā, hoc est p̄positiones locos probationū, exornationes, amplificationes, transitionū formulas in promptu habueris. Conducūt eī hæc non solū ad iudicandū, verū etiā ad imitandū. His itaq; rebus instructus, inter legēdū authores non oscitāter obseruabis, si quod incīdat insigne verbū, si quid antique aut noue dictū, si quod argumentū, aut inuētū acute, aut tortū apte, si quod egregiū orationis decus, si quod adagium, si quod exemplū, si qua sententiā digna quæ memorię cōmendetur. Isq; locus erit apta notula quapiā insigniēdus. Notis autē non solū varijs erit vtendū, verum etiā accōmodatis, quo protinus quid rei sit, admoneant. Ad hæc si quis dialecticē addendā statuet, non admorū refragabor. ^{et in p̄} Modo ab Aristotele eā discat, non ab isto loquacissimo sophistarū genere. Neq; rursus ibi desiderat, & velut ad scopulos (vt inquit Gellius) sireneos cōseneriscat. Verū illud interim memineris, optimū dicēdi magistrū esse stilū. Erit hic igitur in carmine, in oratione libera, in omī argumēti genere diligēter exercēdus. Neq; negligenda memoria, lectionis thesaurus. Eā tametsi lo-

A iij

Notanda sunt
ista

Dialectica
et in p̄
lib. 1. p. 1. 1.

DE RATIONE STUDII

Mem
 cis & imaginibus adiuuari non inficior, tamen tribus rebus potissimum constat optima memoria. Intellectu, ordine, cura. Siquidem bonae memoriae pars est, rem penitus intellexisse. Tum ordo facit, ut etiam quae semel exciderint, quasi postliminio in animum reuocemus. Porro cura omnibus in rebus, non hic tantum, plurimum valet. Itaque quae meminisse velis, ea sunt attentius ac crebrius relegenda, deinde saepius a nobis ipsis exigenda, ut si quid forte suffugerit, id restituatur. Illud minutius, sed tamen haud indignum quod admoneatur. Adiuuabit non mediocriter, si quorum necessaria quidem, sed subdifficilis erit memoria. Veluti locorum, quos tradunt Cosmographi, pedum metrorum, figurarum grammaticarum, genealogiarum, aut si quae sunt similia, ea quae fieri potest breuissime, simul & luculentissime in tabulas depicta, in cubiculi parietibus suspendantur, quo passim & aliud agentibus, sint obuia. Item si quaedam breuiter, sed insigniter dicta, velut apophthegmata, puerbia, sententias, in frontibus atque in calcibus singulorum codicum inscribes. Quaedam anulis aut poculis inculpes, nonnulla pro foribus, & in parietibus, aut vitreis etiam fenestris depinges, quo nusquam non occurrat oculis, quod eruditionem adiuuet. Haec enim tametsi singula per se pusilla videantur, tamen in unum collata acervum, doctrinae thesaurum lucro augent, haud quaeque negligendo τῶν ἐν αὐτοῖς σπένδοντι, id est his opibus properanti ditescere. Postremo illud non ad unum aliquid, sed ad omnia simul plurimum conducet, si frequenter alios quoque doceas. Nusquam enim melius deprehenderis quid intelligas, quid non. Atque interim noua quaedam occurrunt commentanti, differentiisque nihil non altius infigitur animo.

DE PVERIS INSTITVENDIS III

De ratione instituendi discipulos.



Ed video te cupere, vt de docendi quoq; ratione non nihil attingamus. Age mos gerat Viterio. Quāq; video Fabiū hīsce de rebus diligentissime praecepisse, adeo, vt post hūc de iisdē scribere, prorsus impudentissimū esse videat. Ergo qui volet instituere quempiā, dabit operā, vt statim optima tradat. Verū qui rectissime tradat optima, is oīa sciat necesse est. Aut si id hoīs ingenio negatū est, certe vniū cuiusq; disciplinē p̄cipua. In hoc non ero contētus decē illis, aut duodecim authoribus, sed orbem illū doctrinae requiram, vt nihil ignoret, etiā qui minima paret docere. Erit igit̃ huic per omne scriptorū genus vagādū, vt optimū quēq; primū legat, sed ita, vt neminē relinquat inguistatū, etiā si parū bonus sit author. Atq; id quo cumulatiore fructu faciat, ante locos & ordines quosdā, ac formulas in hoc paratas habeat, vt quicquid vsq; inciderit annotandū, id suo ascribat ordini. Sed hoc qua ratione fieri oporteat, in secūdo de copīa cōmentario demonstraui mus. Verū si cui vel otīū, vel librorū copia defuerit, plurima Plinius vnus suppediet, mlt̃a Macrobius & Athenaeus, varia Gellius. Sed in primis ad fontes ip̃os prope randum, id est grācos & antiquos. Philosophiā optime docebit Plato, & Aristoteles, atq; huius discipulus Theophrastus. Tum vtrinq; mixtus Plotinus. Ex theologis scđm diuinas literas, nemo melius Origene, nemo subtilius aut iucundius Chrysostomo, nemo sanctius Basilio. Inter latinos duo dumtaxat insignes in hoc genere. Ambrosius mirus in allusiōibus, & Hieronymus in arcanis literis exercitatissimus. Q; si minus vacabit īmorari singulis, omnes tamē censeo degustandos, quorū in praesentia catalogū texere, non est ratio. Certe propter poetarū

A iij

enarrationē, quibus mos est, ex omni disciplinarū genere sua tēperare, tenēda est fabularū vis. Quā vnde potius petas, q̄ ab Homero, fabularū omnium parēte? Tametsi Metamorphoses, ac Fasti Nasonis, nō leue momentū adferent, etiā si latine scripti. Tenenda cosmographia, quæ in historijs etiā est vsui, nedum in poetis. Hæc breuissime tradit Pōponius Mela, doctissime Ptolemæus, diligētissime Plinius. Nam Strabo nō tantū hoc agit. Hic præcipua pars est obseruasse quæ montiū, fluminū, regionum, vrbīū, vulgo recepta vocabula, quibus antiquis respondeant. Eadē debet esse cura in arborū, herbarū, animantium, instrumentorū, vestiū, gemmarū nominibus. In quibus incredibile dictū, q̄ nihil intelligat literatorum vulgus. Horū notitia partim e diuersis authoribus, quæ de re rustica, de re militari, de architectura, de re culinaria, de gēmis, de plantis, de naturis animantiū conscripserunt, colligit. Quanc̄ Iulius Pollux ex p̄fesso de rerū vocabulis tradidit, q̄ vtinā tam acurate distinxisset, q̄ congescit copiose. Partim ex etymologijs, partim ex his linguis, q̄ prisci sermonis & incorrupti, manifesta vestigia seruant in hanc vsq̄ ætatē. Cuiusmodi lingua Constantinopolitanorū, Itolorū, & Hispanorū. Nā Gallorū oratio lōgius degenerauit. Tenenda antiquitas, quæ nō modo ex vetustis authoribus, verū etiā e nomismatis priscis, e titulis, sacrisq̄ colligit. Ediscenda & deorū genealogia, quibus vndiq̄ refertæ sunt fabulæ. Eam post Hesiodū fœlicius, q̄ p̄ suo seculo, tradidit Boccatius. Nō ignoranda astrologia, q̄ hanc passim suis figmētis aspergunt poetæ, præsertim Higini. Tenēda rerū omniū vis, atq̄ natura, p̄pterea q̄ hinc similia, epitheta, comparationes, imagines, metaphoras, atq̄ alia id genus schemata solent mutuo sumere. In primis autē omnis tenenda est historia, cuius vsus

latissime patet, non tantū in poetis. Iam si quis Prudentium, vnum inter christianos vere facundū poetā, volet enarrare, literas etiam arcanas calleat oportet. Postremo nulla disciplina est, nec militiæ, nec rei rusticæ, nec musices, nec architecturæ, quæ non vsui sit ijs, qui poetas, aut oratores antiquos susceperint enarrādos. Sed video iam dudum frontem cōtrahis. Næ tu inquis, immensum onus imponis etiam literatori. Onero fane, sed vnū, vt q̄ plurimos exonerem. Volo vt vnus euoluat omnia, ne singulis vniuersa sint euoluenda.

¶ Iam vero de formādo puerorū ore, deq̄ tradendis, ceu p̄ lulum iocūq̄ literarū figuris, satis pręcepit Fabius. Equidem post tradita elementa prima, malim ad vsum loquēdi statim vocari puerū. Etenim cum intra pauculos menses, q̄uis barbarā linguā etas ea sonet, quid vetat quo minus idem fiat in lingua græca siue latina? Verū id nec in magno puerorū grege locū habet, & domesticā p̄ceptoris consuetudinē requirit. Quanq̄ in ludo quoq̄ dabit operā, vt siue pluribus loquat̄, siue seorsum vni, q̄ potest emēdatissime dicat. Quædā obiter interpretet̄, & vt imitentur, admoneat. Loquētes illos aliquoties collaudet, si quid dictū erit aptius, aut emendet, cū errabūt. Ea res efficiet, vt illi quoq̄ cōsuescant circūspectius & accuratius loqui, & pręceptorē loquentē attentius obseruent. Iurabit & illud, si prępositis p̄miolis, aut pœnis, velut ex lege prouocent̄, vt ipi quoq̄ inter sese alius aliū emēdēt. Porro pręceptor eruditiores aliquot deliget, qui controversiam finiāt. Neq̄ fuerit inutile, ceu formulas aliquot proponere pueris, quibus orationibus in lusu, quibus in cōgressu, quibus in cōuiujs vti debeant. Has sic oportet esse doctas, vt simul & faciles sint, & iucundę. Porro doctor ille diligens & doctus, acricq̄ iudicio, non grauabit̄,

DE PVERIS

collatis omnibus grāmaticorū prāceptis, excerpere quaedā, & simplicissima, quoad fieri potest, & breuissima, tū ordine q̄ maxime cōmodo. Posteaq̄ ea tradidit, statim ad authorem aliquem ad id accōmodatissimū, ac loquēdi scribēdiq̄ consuetudinē vocentur. Hic prāceptiones ante traditas vt incident, exempla q̄ diligēter inculcabit, quibus etiā addet nōnihil, velut iam tum ad maiora prāparās. Hinc iam thematīis exerceri debent. In quibus illud in primis cauendū, ne (quod fieri solet) aut sensu sint inepto, aut sermone insulso, sed argutā aliquā aut venustā habeāt sententiā, quā tamē ab ingenio puerili non nīmīū abhorreat, vt interim aliud agentes, simul & aliquid discant, in grauioribus studijs vsui futurū. Habeat igitur thema, quod pueris proponas, aut historiā memorabilē. Quod genus sunt illa. Marcelli preceps calorem Romanā subuertit. Fabij prudens cunctatio restituit. Quāq̄ hic subest etiā sententiā. Nimirū prācipitata consilia parū foeliciter euenire solere. Item, difficile iudicatu sit, vter altero fuerit stultior, Crates, qui aurum abiecit in mare, an Midas, qui existimauit nihil auro melius esse. Item, Demostheni ac Ciceroni immodica eloquētia exitio fuit. Rursum, nulla laus Codri regis meritis par esse potest, qui ciuiū salutē propriē vitæ dispendio redimēdam putauit. Sed non magni negotij fuerit huiusmodi vim ex historiographis, prācipue Valerio Maximo, colligere. Aut fabulam habeat, vt illud, Hercules expugnādis monstris immortalitatē sibi parauit. Musę fontibus ac nemoribus vnice gaudent, a fumosis vrbibus abhorrent. Aut apologum, vt recte docuit Cassita, non esse cōmittēdum amicis negotium, quod per te possis cōficere. Item, manticam pectore propendentē vident omnes, eā quā a tergo pendent, videt nemo. Itē, Sapiebat vulpes, quē ma-

luit muscas iam ppe saturas retinere, q̄ his expūctis, vacuas ac sitiētes admittere, quæ quicquid reliquū esset sanguinis, epotarent. Aut apophthegma, vt Longe dissentiebat a vulgo nostræ ætatis, qui maluit virū absq̄ pecuniā q̄ pecuniā sine viro. Item, Iure Socrates contemnit eos qui non edunt vt viuant, sed viuūt vt edant. Merito non probauit Cato eos qui plus sapiūt palato, q̄ animo. Aut prouerbiū, vt ne sutor ultra crepidā. Et nō cuiuslibet hominis Corinthū nauigare. Ac nos quidē editis tot chiliāribus effecimus, ne difficilis esset horum inuentio. Aut sententiam, vt nihil carius constat, quā quod precibus emitur. Et obsequiū amicos, veritas odium parit. Et amici qui procul absunt, amici non sunt. Aut rei cuiuspiam insignem naturam. Vt Magnes ad sese ferrum attrahit, naphtha ignem. Item palme ea est natura, vt pondere imposito, non modo non deprimatur ad terram, verum etiā sursum nitatur, & altius erigat sese. Item mirum Polypi ingeniū, qui ad speciem subiecti soli mutat colorē, quo fallat insidias piscatoris. Aut figurā eximiam, puta gradationem. Diuitiæ luxum pariunt, luxus saturitatem, saturitas ferocitatem, ferocitas odium multorū, odium perniciem. Aut similitudinem, Vt quemadmodū ferrū si exerceas, vsu atteritur, si non exerceas, exeditur rubigine. Ita ingeniū si exerceas, labore absumitur, si nō exerceas, magis otio, situq̄ læditur. Aut allegoriā. Vt nō est addendus ignis igni, non est addendū oleū incendio. Aut commutationem. Vt nō ideo te talem iudico, q̄ vehementer amem, sed ideo vehemēter amo, q̄ talem iudicarim. Aut distributionē. Stultior est, q̄ vt possit tacere, infantior q̄ vt possit loqui. Simplicior est, q̄ qui possit mentiri, grauior q̄ vt velit. Sed mihi sat est indicasse tantū. Aut expositam aliquā elegantia. Cuius rei non est necesse ponere.

Magnes

Naphtha

Palme natura

Diuitiæ
luxus

Similitudo

Per allego
riam

exemplū. Nihil autē obstat, quo minus plures cōmoditas
 tes in eandē incidant orationē. Veluti sentētia, historia,
 prouerbiū, & figura. Ergo p̄ceptor, quē oportet assidue
 in bonis authoribus obuersari, hmōi ceu flosculos vndi
 quaq; colliget, eosq; delectos p̄ponet, aut etiā in eam for
 mam demutabit, vt puerorū ingenijs sint accommodati.
 Postq; his rebus ad aliquantā sermōis peritiā prouectus
 erit puer, tum si videbit, ad maiora grāmatices p̄cepta re
 uocet. Quæ per locos & ordines quosdā ita tradēda sunt
 vt primo loco simplicissima p̄ponant, eaq; paucis. Dein
 de vtcūq; adolescunt discentium ingenia, ita maiora suis
 quaq; locis oportebit subiicere. Is ordo cuiusmodi sit, e
 Theodori Gazæ grāmatica exemplū sumas licebit. Nec
 in his tamē velim eos detineri longius, sed ilico ad auto
 res grauiōres reuocari. Præsertim si prius summā illā, de
 qua dixi, rhetorices, ac figuras et carminū formas teneāt.
 Interim thematis quoq; difficilioribus sunt exercēdi. In
 qbus deligendis ac narrādis, diligentē ac doctū p̄ceptor
 rem requirā. Qui si sit mediocris, modo sit idē modestus
 nō grauabit hęc ab alio doctiore petere. Themātū autē
 formæ huiusmodi fere possint esse. ¶ Nunc epistolę bre
 uis argumentū, sed argutū, lingua vulgari proponat, lati
 ne græceq; aut vtroq; sermone tractandū. Nūc apologū,
 nunc narratiunculā nō insipidā, nunc sententiā ex quat
 tuor cōstantē partibus, vtriq; simili aut ratione subiecta.
 Nunc argumentationē quinq; tractandā partibus, nunc
 dilēma duobus, nunc expolitionē quam vocant, septem
 partibus explicandā, aliquando tanq; ad rhetorica præ
 ludentes, vnum aliquod membrorum seorsum tractent.
 Cuiusmodi progymnasmata scripsit Aphthonius. Ali
 quando laudē, vituperationē, fabulam, similitudinē, cō
 parationē, Aliquādo figuram, vel descriptionē, distribu

tionē, sermocinationē, subiectionē, notationē. Aliquoties iubeant carmē aliquod soluere, aliquoties solutā orationē pedib⁹ alligare. Interim Plinianā aut Ciceronis epistolā, verbis ac figuris imitent. Nōnunq̃ eandē sententiā variatis verbis ac figuris, sæpius efferant. Nonnunq̃ eādem græce simul ac latine, metro & oratiōe prosa variēt. Nōnunq̃ eandē quinq̃ aut sex carminū generibus, quę doctor præscripserit, explicēt. Nōnunq̃ sententiā eandē p̃ locos q̃ plurimos ac schemata diffingāt. Plurimū autē fructus est in græcis vertendis. Quare cōueniet eos, hoc in genere sepissime ac diligētissime exerceri. Nam simul & exercet ingeniū in dephēdēdis sententijs, & vtriusq̃ sermonis vis ac proprietas penitus inspicit, & quid nobis cū græcis cōmune sit, quid nō, dephēdit. Deniq̃ ad reddendā græcanicā emphasim, oēs latinæ linguæ opes excutias oportet. Hæc si initio pueris difficilia videbūt, tum vsu fient faciliora, tū p̃ceptoris ingeniū ac studium, bonā negocij partē pueris adimet, indicantis quæ putet esse supra vires illorū. Atq̃ ijs interim exercitamentis crebræ p̃lectiones authorū misceant, vt suppetat quod imitentur. Quanq̃ is qui docet, p̃posito themate, simul verborū q̃q̃ & figurarū copiā debet indicare. Sub hæc ad inueniendi q̃q̃ laborē p̃uocētur, ita propositis nudis argumentis, vt suo quisq̃ Marte reperiat, quæ pertinebūt ad rem tractandā, ornandā, locupletandā. Et hic delectū ac varietatē requirā a p̃ceptoris eruditi diligentia, gustū interim exhibebo. Sæpius argumentū epistolæ proponet suasiōriæ, dissuasiōriæ, exhortatoriæ, dehortatoriæ, narratoriæ, gratulatoriæ, expostulatoriæ, cōmendatoriæ, consolatoriæ. Et vniuscuiusq̃ generis naturam, locos, ac formulas quasdam cōmunes, deinde etiā argumēto p̃posito, peculiāres indicabit. Aliquando ceu declamatoriū

thema dabit, in diuersis generibus. Puta si iubeat eos vituperare Iulium Cæsarem, aut laudare Socratem, in genere demonstratiuo. Item statim optima discenda, In opibus non esse foelicitatem. Matrem proprio lacte nutrire debere, quod peperit. Literis græcis non esse dandam, aut esse dandam operam. Vxorē esse ducendam, aut non esse ducendam. Peregrinandum esse, aut non esse peregrinandum. In genere suaforio: Item M. Horatium indignum esse supplicio, in genere iudiciali. Verum hanc palestram primum ingredientibus, non grauiabitur is qui docendi prouinciā suscepit, primum indicare, quot propositionibus id argumentum tractari possit. Preterea propositionum ordinem demonstrabit, & quo pacto alia ex alia pendeat. Deinde quot rationibus vnaqueque propositio fulciri debet, quot confirmationibus, vnaqueque ratio. Tum circumstantias ac locos, vnde ista peti possint. Deinde quibus similibus, dissimilibus, exemplis, colloca- tionibus, sententijs, prouerbijs, fabulis, apologis vnaquæque pars locupletari queat. Ostendat & schemata, si qua insigniter videbuntur incidere posse, quæ vel acriorē, vel ampliorē, vel magis dilucidā, vel iucundiorē reddant orationem. Si quid erit amplificandum, rationem demonstret, siue per locos communes, siue per eas rationes, quas in quattuor formas distribuit Quintilianus. Quod si qui inciderint affectus, hi quoque quo pacto tractandi sint, admonebit. Quin & conectendi rationes præscribat, quis sit optimus futurus transitus, ab exordio ad narrationem, a narratione ad diuisionem, a diuisione ad argumentationem, a propositione ad propositionem, a ratione ad rationem, ab argumentatione ad epilogum, aut perorationem. Ostendat & formulas aliquot, quibus ibi commodè possint exordiri, aut etiā porare. Porremo si potest, locos aliquot in authoribus indicet, vnde valeant aliquid imitandum sumere, propter rerum affinitatem.

tem. Id ubi septies, aut octies erit factū, iam incipiēt (quod ait Horatius) sine cortice nare. Et satis erit nudū thema ministrasse, nec necesse fuerit, semper velut infantibus cibū p̄mansum in os inferere. Nec mihi displicet illud exercitationis genus, quod apud antiquos in v̄su video fuisse, ut ex Homero, Sophocle, Euripide, Vergilio, aut etiam ex historijs aliquñ legant̄ themata. Puta, ut Menelaus apud Troianā concionem repetat Helenā. Aut Phœnix suadeat Achilli, ut redeat in pr̄liū. Aut Vlysses suadeat Troianis, ut Helenā reddant, potius q̄ bellū experiant̄. Quo in genere extant aliquot Libani & Aristidis declamationes. Præterea, uti suadeat aliquis amicus Ciceroni ne conditionē ab Antonio oblatā accipiat, quod argumentū est apud Senecā. Vti Phalaris suadeat Delphis, ut taurū æneū deo suo cōsecrent. Ad hoc genus p̄tinēt ep̄æ, q̄ Phalaridis, ac Bruti noīe circūferunt̄. In emendādo colaudabit, si quid fœlicius inuētū, tractatū, aut imitatū videbit̄, si quid p̄termissum, aut nō suo loco positū, si quid nimis, aut remissius, si quid obscurius, aut etiā si quid parū eleganter dictū erit, admonebit. Et quo pacto mutari possit ostēdet, ac mutari, & sepius iubebit. Extimulabit aut̄ p̄cipue discentiū animos, cōparatione p̄fectus, velut emulatione quadā, inter ipsos excitata. Iam in p̄legendis autoribus nolim te facere, quod praua quadā ambitione vulgus p̄fessorū hodie facit, ut omni loco coneris omnia dicere, sed ea dūtaxat quæ explicando p̄senti loco sint idonea, nisi si quando delectandi causa digrediendum videbitur. Quod si huius quoq̄ rei rationē a me requiris, hæc mihi quidem videbitur optima. Primo loco ad conciliādos auditores, laudes eius quem prælegendū sumit, paucis explicet. Deinde argumenti iucunditatem, utilitatemq̄ ostendat. Deinde vocem argumenti, si forte (ut faciunt)

DE PVERIS

pleræq; varios habeat vsus, explicet, ac distinguat. Veluti comœdiã (vt hoc exēpli loco sumamus) Terentianã interpretaturus, in primis de autoris fortuna, de ingenio, de sermonis elegãtia paucis differat. Deinde quantũ habeat & voluptatis & utilitatis comœdiarũ lectio, deinde quid significet ea vox, & vnde ducta, & quot sint comœdiarum genera, & quæ sint comœdiæ leges. Deinde q̃ potest & dilucide, & breuiter summã explicet argumēti. Carminis genus diligēter indicet. Post ordinet simplicius, deinde singula fusius explicet. Deinde si qua insignis elegantia, si quid prisce dictũ, si quid nouatũ, si qd græcanicũ, si quid obscurius aut longius redditũ, si durior aut perturbatior ordo, si qua etymologia, si qua derisuatío aut cōpositio scitu digna, si qua orthographia, si q̃ figura, si qui loci rhetorici, si qua exornatio, si qd deprauatũ, diligenter admoneat. Tũ loca similia ex autoribus cōferat, si quid diuersum, si quid affine, si quid imitatũ, si quid allusum, si quid aliũde translatũ aut mutuo sumptũ. Vt sunt pleræq; latinorũ a græcis pfecta, ne id quidem taceat. Postremo ad philosophiã veniat, & poetarũ fabulas apte trahat ad mores, vel tanq̃ exēpla. Vt Pyladis & Orestis, ad amicitiaẽ cōmēdationē, Tantalĩ fabulã ad auaritiã detestationē. In his non mediocriter adiuuabit docētē Eustathius, Homerĩ interpretes. Atq; ita fiet (si modo sit ingenij dextri pceptor) vt etiã si quid inciderit, quod inficere possit ætatē illã, non solũ nō officiat moribus, verũ etiã utilitatē aliquã adferat. Videlicet animis partim ad annotationē intentis, partim ad altiores cogitationes auocatis. Veluti si quis prælecturus secũdã Maronis eglogã, cōmoda pfatione præparet, vel potius præmuniat auditorũ animos, ad hunc modũ, vt dicat, Amicitia nō coire nisi inter similes, similitudinē em̃ eẽ benis

volentiae mutuae conciliatricē, contra dissimilitudinē odij,
dissidiūq; parentē. Quocq; maior ac verior, stabiliorq; si-
militudo fuerit, hoc firmior, atq; arctior est amicitia. Id
nimirū sibi uelle tot apud auctores, puerbia, Boni ad bo-
norū cōuiuia, & inuocati accedūt. Et simile gaudet simi-
li, & æqualis equalem delectat, & æqualem tibi vxorem *Simile*
quære. Et vt, semper similē ducit deus ad similem. & sem-
per graculus assidit graculo. Et similes habēt labra lactu-
cas. Et pares cū paribus facillime congregant. Et Cascus
Cascam ducit. Et balbus balbū rectius intelligit. Et cica-
da cicadæ chara, formica formicæ. Et Cretēsis cum Aegi-
nita. Contra tot dissimilitudinis adagiā, nihil aliud sibi
velle, q̃ inter eos qui dissimili sunt fortuna, dissimili vitę
instituto, dissimilibus studiis, aut omnino nō coire ami-
citiam, aut si coierit, non cohærere, citoq; dirimi, atq; ob-
id fieri, vt idiota studiosum literarū oderit, prophanus sa-
cerdotē, rusticus aulicū, iuuenis senē. Atq; in eodē gene-
re, Epicureus Stoicū, philosophus iuris consultū, poeta
theologū, balbus eloquentē. Hinc geminorū gratiā fra-
trum, Amphionis & Zeti pene dissiliisse, q̃ alter lyre stu-
diosus esset, alter agris colendis gauderet, ac dissilierat,
nisi Amphion abiecta lyra, fratris ingenio cessisset. Ob
eandem causam insyncera fuit Castoris & Pollucis ami-
citia, neq; caruit infamia tentatū parricidij, cum vterq; eo-
dem ex ouo essent prognati, vt iā magis esse gemelli non
possent, q̃ alter pugil esset, alter equis delectaretur. Hinc
male cōuenisse Remo cum Romulo, q̃ alter tristioribus,
ac seueris eēt moribus, alter blādior, vnde & Romulo p
Remo mutatū nomē. Pessime cōuenisse, Caym cū Abel,
q̃ diuerso vitę genere caperent. Sūmum autem amorem
summe similitudinis esse comitē, atq; ideo fictū a poetis
quemadmodū Narcissus, ante ab omni abhorrens cōsor

DE PVERIS

tio, simul atq; suā ipsius imaginē in limpidissimo fonte
 conspexisset, p̄tinus amore flagrantissimo cepit ardere.
Quod em̄ nostri simili⁹, q̄ ip̄a imago? Ergo cū doct⁹ do-
 ctum amat, sobrius sobriū, modest⁹ modestū, p̄bus p̄bū,
 nihil aliud amat vterq; q̄ suā ipsius in altero imaginem
 hoc est seip̄m, sed alio mō. Verū ea si p̄tudo, si q̄dē sita est
 in bonis animi, q̄ vere sunt bona, hoc est pietate, iusticia,
 p̄pantia, tū eiusmodi nascit̄ amicitia, cuiusmodi sunt eae
 res, q̄bus amicitia cōciliat̄, hoc est honesta, uera, sincera,
 stabilis, eterna. Contra si in rebus corporeis ac fluxis, aut
 etiā turpib⁹, eā nec vere eē amicitia, nec iucūda, nec diu-
 turnā ostēdet. Proinde Platonē duas finxisse Veneres, al-
 terā coelestē, alterā terrestre. Duos item Cupidines, suae
 utrūq; matri r̄ndentes. Coelestē veras gignere formas, &
 huius filiū veros & honestos imittere amores. Inf̄ bonos
 semp amorē eē mutuū, inter vulgares plerūq; alterū ama-
 re, alterū odisse, alterū p̄sequi, alterū fugitare. Id accidit
 fere p̄pter ingeniorū, vitæq; dissimilitudinē. Quod quidē
 elegāter significat apud poetas Cupido, qui nōnūq; hūc
 aurea cuspide figit, illū plūbea, illum vt amet, hūc vt ab-
 horreat, atq; hoc amicitie genere nihil esse pōt inf̄elici⁹.
 Eius igit̄ amicitiae male cohærētis, quasi simulachrū q̄d-
 dā, in hac aegloga p̄ponit Vergilius. Corydon rusticus,
 Alexis vrbānus. Corydon pastor. Alexis aulicus. Cory-
 don indoctus (nā huius carmina vocat incōdita) Alexis
 eruditus. Corydon aetate p̄uēct⁹, Alexis adolescēs. Cory-
 don deformis, hic formosus. Breuiter dissimilia oīa. Quare
 prudētis ē amicū suis moribus aptū diligere, si velit ama-
 ri mutuū. Hāc inquā si p̄fēt, tū autē locos demonstratori-
 os perperā, & bucolice a rustico affectatos indicet, nihil
 opinor turpe veniet in mentē auditoribus, nisi siqs iā cor-
 ruptus accesserit. Nam iste venenū nō hinc hauserit, sed

huc secū attulerit. Hoc exemplū verbosius exposui, quo
facilius in cæteris, itē sibi quisq; similia reperiat. Iā in ag-
gressu cuiusq; operis cōueniet in genere demōstrare, q̄ sit
argumēti natura, & quid in eo potissimū sit spectandū.
Velut in epigrāmatis argutā breuitatē laudari. Tum io-
candī rōnes, quas Fabi⁹ & Cicerō tradūt, indicabit. Hoc
genus p̄cipue gaudere epiphonematis, cōmode in fine
adiectis, quæ cogitationē velut aculeatā in animo lector
ris relinquāt. In Tragœdia p̄cipue spectandos affectus,
& quidē fere acriores illos, q̄ quibus rebus moueantur,
paucis ostendet. Tum argumēta veluti declamantiū. Po-
stremo descriptiones locorū, temporū, rerū, aliquoties &
argutas altercationes incidere, quæ nunc distichis, nunc
singulis versibus, nūc hemistichijs absoluant. In Comœ-
dia cum primis obseruādū esse decorū, & vitæ cōmunis
imitationem, affectus esse mitiores, & iucūdōs magis q̄
acres. Decorū autem in primis spectari, non solum illud
cōmune, vt adolescentes ament, lenones peierēt, blādiat̄
meretrix, obiurget senex, fallat seru⁹, iactet se miles, atq;
id genus alia. Verum peculiare quoddā, quod suo arbi-
tratu aliis aliud affingit poeta. Velut in Andria duos in-
ducit senes, longe diuerso ingenio. Simonem vehemen-
tem, ac submorosum, haud stultū tamē, nec improbū. Cō-
tra Chremetē ciuilem, ac semper placidū, vbiq; sibi præs-
entem, omnia quantū potest pacantē, at ita tamē lenem
vt minime stupidum. Duos item adolescentes dissimili
natura. Pamphilū cordatū pro ratione ætatis, & consulta-
bundum, sed acriorem, vt Simonis filiū possis agnosce-
re. Ediuerso Charinū puerilem, ineptum, consiliūq; ino-
pem. Rursum seruos duos diuersis moribus. Dauum vac-
frum & consiliis abundantē, ac sperandi pertinacissimū
autorem, E regione Birriam nullius consiliū, tantū perpe-

tuū desperationis auctorē hero. Ad eundē modū in Adelphis, Mitionē etiā in obiurgādo mitē, ac festiuū. Demeā etiā in blandiēdo amarulentū. Rursum Aeschinū ppter urbanā vitæ consuetudinē, & Mitionis fiduciā nihil nō audentē, sed ita vt probū ingenium deprehendas, officio sum in fratrem, fidū in puellā. Ediuerso Ctesiphontē subrusticū, ac timidū, propter earū rerū insolentiā. Syrū calidū, & audacē, nihilq; non simulantē, ac dissimulantem adeo, vt sola ebrietas detexerit illius fucos. Dromonē stupidum, atq; hebetē. Sed ista persequi non huius est instituti, in præsentia satis est viā indicasse. In æglogis admonet esse aurei seculi, ac priscae illius vitæ imaginē. Proinde quicquid illic est sententiarū, similiū, aut cōparationum, a vitā pastoralis sumi, affectus sunt simplices, cantionibus, sententijs, ac prouerbijis delectant, superstitione & augurijs capiuntur. Ad eundē modū, quid propriū habet atq; carmē heroicū, quid historia, quid dialogus, quid apologus, quid satyra, quid oda, quid reliqua scripti generaturabit admonere. Tum quæ sint singulorū auctorū in singulis argumētis dotes, aut etiā vitia, non grauabit indicare. Quo iam tum assuescant adolescētes, ei quod est in omni re præcipuū (iudicio) atq; in hac parte præceptorem, præter artem, & ingeniū, adiuuabit etiā libellus Ciceronis de claris oratoribus, & Quintiliani, Senecæ atq; Antonij Campani de scriptoribus censura, neq; nō veteres interpretes, præcipue Donatus hac in re peculiariter occupatus. Huc pertinet & cōsiliij ratio, veluti quare M. Tullius in defensione Milonis finxerit sese timere. Et quare Vergilius tantopere laudibus vehat Turnū hostē Aeneæ, & quare abdicatus medicus apud Lucianū non lædit nouercā, sed magis laudat, & in patrē acrior est q̃ in nouercā. Sed id quoq; in immensum patet. At iudicabit

aliquis hæc nimium habere negotium, equidem præceptorum eruditum, longoque usu exercitatum volo esse. Is si continget hæc etiam facile precipiet pueri. Quod si qua initio erunt duriora progressu & assuetudine mollescent. Optima certe sunt, nisi fallor, & optimis convenit statim assuescere, quamquam hæc non ubique omnia sunt inculcanda, ne tedio grauent ingenia discipulorum, sed ut inciderint insigniora. Neque vero minorem adhibeat curam præceptor in exigendo quam commiserit, quam in prælegendendo. Est omnino labor hic docendi gravissimus, sed discipulis utilissimus. Nec ordinem exigat duntaxat, sed quicquid scitu dignum fuerit creditum, id assuescant bona cum fide reddere. Neque vero deterreat ab hac re difficultas, quam vel menstruo temporis spacio vincit. Mihi nunc placuit, ut omnia dictata scribant adulescentes. fit enim hoc pacto, ut memorie cultus negligat, nisi si qui pauca quidam notulis velint excipere, idque tantisper donec usu confirmata memoria, scripti non desideret adminiculum. Postremo tantum arbitror esse momenti incommoda docendi ratione, si modo diligens & eruditus contigerit præceptor, ut non dubitarim meo recipe periculo, me minore negotio, ac paucioribus annis adulescentes ad utriusque lingue mediocrem etiam eloquentiam perduciturum, modo dent ingenia non omnino infœlicia, quam isti literatores ad quaecumque illam suam balbutiunt, vel infantiam potius pertrahunt suos. His igitur rudis mentis puer in prima imbutus schola, deinde bonis auctoribus ad altiores disciplinas conferat sese, & quicumque se verterit, facile declarabit, quantoque referat ab optimis auspiciatum fuisse. Hæc habui in præsentia mi charissime Petre, quæ tibi de studii ratione scriberem, ea si placent, utere, sin minus, sedulitate certe nostram, per tuo candore boni consules. Tu modo perge ita ut instituisti, in bonas literas incubere, ac Galliam tuam alioque florētissimam, honestissimis etiam studiis illustra. Vale.

F I N I S

B iij

DE PVERO IESV
CONCIODEPVEROIESV

pronuntiata a puero in schola

Coletica nuper instituta

Londini.



Ver apud pueros verba factururus de inef-
fabili puero IESV, nō optarim mihi Tul-
lianā illā eloquentiā, quę breui atq; inani
voluptate aures deliniat. Quantū em̄ ab-
est Christi sapiētia a sapientia mundi (ab-
est autē īmenso interuallo) tantū oportet
christianam eloquentiā a mundana differre eloquentia.
Sed illud vna mecū ardentibus votis impetretis velim,
ab optimi IESV optimo patre deo a quo ceu fonte bono-
rum omniū sūma proficiscit̄, quicq; solus fecūdo illo suo
spīritu linguas infantū reddit disertas, vel e lactētū ore
laudē absolutā depromere solitus, vt quēadmodū oīs no-
stra vita nō aliū exprimere debet, q̄ spīritū de quo dictu-
ri sumus IESVM, ita & oratio nostra illū sapiat, illū refe-
rat, illū spīret, qui & verbū est patris, & verba vitæ solus
habet, cuius sermo viuus, & efficax penetrantior est quā
gladio ancipiti, ad intimos etiā cordis recessus penetrās.
Vtq; ipse, de cuius vētre flumina pmanāt aquæ uiuę, nō
grauet p organū vocis nostrę, veluti p canalē, in omniū
vestrū animos influere, multoq; gratiæ cœlestis irrigare
succo. Id ita futurū cōfido cōmiliones mei charissimi, si
piis votis purgatas, ac vere sitiētes aures adiūgetis. Eas
videlicet aures, quas æternus ille sermo requirēs in euan-
gelio, qui habet (inquit) aures ad audiendū, audiat. Nos
porro cur nō audiamus rem hāc, arduā quidē illā, sed tū-
piā aggredi? Præsertim ipso adiutore deo, in q̄ hoc plus
potest mortalis infirmitas, quo minus suis nitit̄ viribus

Matth. 11: 15
marc. 4.

& in quo Paulus omnia se posse gloriari. Iam vero cum tanto studio flagret isti, qui mundane, hoc est diabolice militie dedere noia, ut sunt quicque ducem laudibus vehant. Nobis quod prius aut antiquius esse debet, quam ut preceptorem, vindicem imperatorem nostrum IESVM, ac eundem quidem omnium, sed tamen peculiariter nostrum, id est puerorum principem, certatim prius celebremus preconiiis. Hunc in primis cognoscere studemus, cognitum laudemus, laudatum amemus, amatum exprimamus, atque imitemur, imitantes eo fruamur, fruente immortali felicitate potiamur. Sed in tam vberem tanque immensa rerum copia, unde quaeso initium, aut ubi finem nostra reperiet oratio? Cum is de quo loqui paramus, fons sit, vel (ut verius dicam) oceanus bonorum omnium. Verum ut ipse natura incomprehensus, & infinitus, tamen sese velut in arcum cohibuit, contraxitque. Itidem & nostra oratio in explicandis eius laudibus, quam modum nesciunt, modum tamen ipsa sibi faciat oportet. Equidem tria potissimum esse video, quae vel discipulorum vel militum animos solent ad gnauiter agendum inflammare, ea sunt ducis admiratio, amor & premium. Itaque quo preceptori nostro ac duci IESV studiis alacrioribus pareamus, agendum singulatim haec in eo pia curiositate consideremus. Primo loco quod sit suspiciendus vndique, ac stupendus. Deinde quatenus opere diligendus, atque ob id imitandus. Postremo quod ingens dilectionis fructus. Ac mos quidem est rhetorum in hoc dicendi genere, illustrium principum adhibere exempla, videlicet quo collatione crescat is, quem conantur laudibus attollere. Verum impator noster usque adeo superat omne celsitudinis humane fastigium, ut quicquid quantumvis egregium adhibueris, tenebras admoueris, non luce. Cuius enim imagines ac natalium splendor non videatur esse fumus, si cum IESV componas. Qui quidem ineffabili, imo etiam incogitabili ratione deus a deo semper absque tempore nascitur, eterno sumoque parenti

*Oceanus sine
mare malorum
agrum dolorum
velum de ma
ris & velum
per in milia
in modum
velut ipse mare
ministrare
merabiles opes
et veritas*

*Cristo quicquid
comparatur minus
et origine
per se ipsa
magna in se
et in ante
falsum ostenta
tionem suam ac ne
holam vorantem.*

DE PVERO IESV

per omnia æqualis? Quamvis huius vel humana natiuitas
 nōne facile regū omniū claritatem obscurauerit? Quip-
 pe qui stupente rerū natura, auctore patre, afflante spiri-
 tu, pronubo angelo, citra virilem operā, virgo de virgine
 cœlitus grauida, natus est homo in tēpore. & rursus ita
 natus homo, vt neq; deus esse desineret, neq; sordidū nos-
 trarum quicq; omnino cōtraheret. Iam vero quid eo fin-
 gi potest amplius, qui infusus per omnia, nullo tamē lo-
 co cohibitus, in seipso manet immēsus? Quid illo ditius
 qui summū illud est bonū, a quo bona promanāt omnia
 nec tñ ipse diminui potest? Quid illustrius eo, qui splen-
 dor est paterne gloriæ, quicq; solus illuminat omnem ho-
 minem venientē in hunc mūdū? Quid illo potētius, cui
 pater omnipotens vniuersam tradidit potestātē in cœlo
 & in terra? Quid efficacius eo, qui simplici nutu cōdidit
 vniuersa, ad cuius iussu silescit mare, vertunt rerū spe-
 cies, fugiūt morbi, concidunt armati, pellunt dæmones,
 seruiunt elementa, scinduntur petrae, reuiuiscunt mortui
 resipiscunt peccatores, deniq; nouant omnia? Quid augu-
 stius eo, quē admirant superi, tremunt inferi, medius hic
 orbis supplex adorat, ad cuius cōparationē sūmi reges
 nihil aliud q̃ vermiculos esse sese confitent? Quid eo for-
 tius atq; inuictius, qui solus mortē aliis inuictā, sua mor-
 te deuicit, ac Sathane tyrannidē cœlesti virtute demolis-
 tus est? Quid triumphantius eo, qui perfractis ac spolijs
 inferis, tot pijs comitat⁹ animabus, victor cœlos adijt
 ibiq; sedet ad dexterā dei patris? Quid illo sapientius, q̃
 tam admirabili ratione cuncta cōdidit, vt vel in apicula
 tot tantaq; suæ sapiētiæ reliquerit miracula? quicq; tā stu-
 pendo rerū ordine, atq; harmonia nectit, continet, admi-
 nistrat vniuersa, obies omnia, nec tñ a seipso discedens,
 oīa mouēs ipse immotus, oīa cōcutiens ipse tranquillus,

Amplius dicitur
 quod latere patet
 et ad vniuersa di-
 scitur

Crispō enim sub
 dicti sunt oīes
 vt capere nō
 possit: et tūc
 minq; in celo
 et in terra potest
 at cū ista data
 te q̃t

Ego sum vobis
 inquit et nō hō:

equale regni

postremo in quo id quod stultissimū est, vniuersam mor-
 taliū sophorū sapientiā longo superat intervallo. Cuius
 debet nobis esse grauior auctoritas, q̄ eius de quo pater
 ipse palam est testificatus. Hic est filius meus dilectus, in
 quo mihi cōplacui, ipsum audite. Quid æque reuerēdū
 atq; is cuius oculis perspicua sunt omnia? Quid perinde
 formidādū atq; ille, qui solo nutu potest & animā & cor-
 pus in tartara mittere? Quid autē formosius eo, cui vultus
 intueri summa est fœlicitas? Deniq; si multis precii
 reddit antiquitas, quid illo antiquius, qui nec initiū ha-
 bet, nec finē est habiturus? Sed fortasse magis cōuenerit,
 vt pueri puerū admiremur, quādo quidē hic quoq; stupē-
 dus occurrit, vsq; adeo, quod illius est infimū, sublimius
 est ijs quæ sunt apud homines excelsissima. Quātus erat
 ille, quē infantulū vagientē, pannosum, abiectū in prese-
 pe, tamē cœlitus canūt angeli, adorāt pastores, adorāt &
 quæ genuit, agnoscunt bruta animātia, indicat stella, ve-
 nerantur magi, timet rex Herodes, trepidat omnis Hieros-
 solyma, sanctus amplectit̃ Symeon, vaticinat̃ Anna, in
 spem salutis eriguntur p̃ij. O humilē sublimitatē, & sub-
 limē humilitatē. Si noua miramur, quid simile vnq; aut
 factū, aut auditū, aut cogitatū? Si magna suspicimus, qd
 nostro IESV modis omnibus amplius, quem nulla crea-
 tura possit vel exprimere voce, vel cogitatione concipere.
 Huius magnitudinē qui velit oratiōe cōplecti, is mul-
 to stultius agat, q̄ si conetur vastissimū oceanū angusto
 exhaurire cyatho. Adorāda est eius immēsitās magis q̄
 explicanda, quā vel hoc ipso magis mirari conuenit,
 quo minus allequimur. Quid nī nos id faciamus? Cum
 magnus ille præcursor indignū sese pronuntiet, qui cor-
 rigia calciametorū eius soluat. Agite igitur pueri suauis-
 simi, hoc tam inclyto puero IESV præceptore, hoc tam

Christi nominat
 hic mirabilia pueri
 recensiti

Chomine

Heronius ne
 illa late sententia
 qd dedecus dicit
 pueri fœdus
 no loquē dū dicit
 tantū pueri dedecus
 quā possit.

DE PV ERO IESV

insigni duce sancta superbia gloriemur, huius sublimis-
tas nobis ad pie audendū animos addat, in hoc vno no-
bis ipsi placeamus, vt existimātes illius omnia nobis eē
cōmunia, nos ipsos meliores arbitremur, q̄ qui semel tas-
li addicti imperatori, mundo vitisve, sordidissimis vtiq̄
dñis seruiamus.

SECVNDA PARS.

Sed admirant, & contremiscūt etiā ad demones, amāt
soli p̄i. Quāobrē altera huius oratiōis pars, vt p̄pius ad
nos p̄inet, ita est attētiōribus aurib⁹ accipiēda. Videlis
cet quot noībus IESVS sit nobis amandus, vel redamā-
dus magis, vt qui nos & nondū conditos ante omne tē-
pus amarit in se, in quo iam tū erāt oīa. Itaq̄ natiua sua
bonitate cū nihil essemus, nos finxit, finxit aut nō quod
uis animal, sed hominē, & finxit ad suā ipsius imaginē,
hoc est summi boni capaces, ac sacro sui oris afflatu spi-
ritū vitalē indidit. Ad hāc cāteris animāribus impio no-
stro parere iussis. Quinetiā angelis in nostri tutelā desi-
gnatis, latissimā hanc, ac pulcherrimā mundi fabricā no-
stris addixit vsibus, In qua nos velut in admirabili quor-
dā theatro cōstituit, vt in reb⁹ creatis opificis sapiētia ad-
miraremur, bonitatē amarem⁹, potētia venerarem⁹, q̄
id magis fieret, tot sensuū admicul⁹ instruxit tot animi do-
rib⁹ ornauit, tā p̄spicaci genij lumie cōdecorauit. Quid
hoc aīante fingi poterat vlt⁹ admirabili⁹ vlt⁹ foelicit⁹. Sed
o sp̄ foelicitatis comitē inuidiā. Rursum serpētis astu in
peccatū, hoc est plusq̄ ī nihilū relapsus est miser. Sed hic
tu rursum optime IESV, q̄ ineffabili cōsilio, q̄ inaudi-
to exēplo, q̄ incōparabili charitate, tuū signetū restitui-
stis. Nam ita restituiti, vt labi p̄pmodū expedierit, eāq̄
culpā quidā non absurde foelicē vocauerit. Omnia debe-
bamus conditori, at reparatori plusq̄ omnia debemus.
Vltro temetipm e regno patris in hoc nostrū exiliū demi-

222. dōs et vna
sordidissimis dñi

hac altera huius
oratiōis pars, vt
p̄pius ad nos
p̄inet, ita est
attētiōribus
aurib⁹ accipiēda.

Genesis primus
Imago et similitudo
dei in eo est corpore
et anima sed in
scripta ad simi-

Inuidia felicitas
ita videtur q̄
romes sed.
postquam restitui-
stis. Nam ita restitui-
sti, vt labi p̄pmodū
expedierit, eāq̄
culpā quidā non
absurde foelicē
vocauerit.

de caritate
hēc cō-
p̄s dñi
lati-
tudo
non
sine
ratione
benefici-
ag homi-
nilitate
quidā

Ingenialit
p̄p̄p̄p̄
fuit huius
mors in
hūi

de demō-
nibus
hūi

listi, vt nos in Paradiso exactos, cœli ciues redderes, nos-
 tram humanitatē assumpsisti, vt nos in tuæ diuinitatis
 cōsortiū ascisceres, nostrū hūc limū induisti, vt nos imor-
 talitatis gloria vestires, nostra tectus forma, nobiscum in
 hoc calamitoso mūdo cōplures annos agere voluisti, vt
 vel sic in tui raperes amore, nudus in hac lucem, imo no-
 ctem emersisti, nobiscū, atq; adeo pro nobis vagisti, siti-
 sti, esuristi, alisti, æstuaisti, laborasti, delassatus es, eguisti
 vigilasti, ieiunasti, tot malis nostris obnoxius esse volui-
 sti, vt nos ab omnibus exēptos malis, in tui, hoc est sum-
 mi boni cōmunionē assereres. Deinde per omnē sanctissi-
 mæ vitæ tuæ seriem q̃ efficacibus exemplis animos nos-
 tros inflāmas? q̃ salutaribus p̃ceptis erudis, ac formas?
 q̃ stupendis miraculis expergefācis? q̃ blandis monitis
 trahis? q̃ certis p̃missis inuitas? vt non sit alia cōmodior
 via ad te, nisi per teip̃m, qui vnus es via, veritas, & vita.
 Sed viā non indicaisti modo, verū etiā aperuisti, dū p nos
 bis vinciri, trahi, dānari, rideri, cēdi, cōspui, vapulare p-
 bris affici, demū & in ara crucis agnus sine macula imo-
 lari voluisti, vt nos tuis vinculis solueres, tuis sanares vul-
 neribus, tuo lauares sanguine, tua morte ad imortalitatē
 eueheres. In summa totū te nobis impendisti, vt tui (si fie-
 ri posset) iactura nos p̃ditos seruares, vitæ redditus totis
 es tuis apparuisti, atq; illis intuentibus patrē repetisti, vt
 mēbra cōfiderēt eo se puētura, q̃ caput iā p̃cessisse conspi-
 cerēt. Deinde q̃ magis cōfirmares amicos, patre placato
 egregiū illud p̃petui amoris tui pignus misisti, sacrū illū
 spiritū, q̃ mortui mūdo lōge verius ac fœlicius iā viuere
 mus in te, q̃ nostro hoc spū viuimus. Quæso qd his sum-
 mæ charitatis argumētis poterat accedere? Ne hac quī-
 dē tā multa, tā magna flagratissimo tuo in nos amorī sat-
 erant. Quis em̃ cōmemorare possit, quod martyru mor-

C ij

redi. faceres
 a ludis ad id qd
 scribitur

Christe qd h
 manis p̃ceptis nos
 obnoxius

Christi vita nos
 in exemplar
 in Christi actio
 nostra fuit in qd

Caput Christi
 mēbra hic pan-
 ane thes. q̃ Christi
 edicant sup aia
 celestis: q̃ est corp
 ip̃i.

Christe nos ad
 mirum aperien-
 das sanctorū q̃
 cōparatū
 in hūmanū animā
 ad videra sibi
 gloria magis na-
 tā exēplo institui-
 tis qd p̃ceptis
 qd em̃ ei aperiti bened-

DE PVERO IESV

tibus nos ad huius vitæ contēptū animas? quot virginū
 exemplis ad continentia accendis? quot sanctorū monu-
 mentis ad pietatē sollicitas? q̄ admirandis ecclesiæ tuæ
 sacramētis cōmunis pariter ac ditas? vt cosolaris, erigis,
 armas, doces, mones, trahis, rapis, mutas, trāformas nos
 arcanis tuis literis, in quibus viuas quasdā tui scintilluz
 las condi voluisti, magnū amoris incēdiū excitaturas, si
 quis modo pia diligētia conetur excutere. Deniq; q̄ vno
 dieq; nobis obuius es, ne quando liceat obliuisci tui. Ad
 hæc q̄ paterne tolleras peccātes? q̄ clementer recipis ad
 te redeūtes? Nec imputas benefacta tua gratis, nec resipi-
 scentibus nostra imputas malefacta, vt lubinde tacitis
 vellicas, ac trahis instinctibus? vt emendas aduersis? vt
 allicis prosperis? vt omnē moues lapidē? vt nusq; cessat
 ardentissima charitas in fouēdis, asserendis, tuendis, be-
 andis nobis? Sed q̄ pauca de tā innumeris pstrinximus
 cōmitones? & tamē videtis q̄ sit immēsus beneficiorū
 aceruus. Eat nunc qui volet, & Pyladas, Horestes, Piris-
 thoos, Theseos, Damonas, ac Pythias verbis phaleratis
 efferat mera præ his nugamēta, Atq; hæc quidē contulit
 vltro nihil promeritis, immo translugis, atq; hostibus, et
 a quibus nihil omnino mutui beneficii redire poterat. Si
 mediocribus officijs homines ad amandū hominē accē-
 dimur, hunc conditorē, vindicem, sic amantē, sic pmeris-
 tum, non saltē redamabimus? quādo quidē hāc solā gra-
 tiam ille a nobis reposcit, quā tamē ipam in nostrū refun-
 dit lucrū. Adamas sanguine mollescit hircino, aquile le-
 ones, pardi, delphines, dracones agnoscūt, ac referūt be-
 neficiū, & o duritiā cordis humani plusq; adamantinā, si
 tam inaudita charitate non mitescit, o ingratitudinem
 plusq; beluinā, si tantorū meritorū potest obliuisci, o sin-
 gularē impudentiā, dicā an potius dementiā, si sic condi-

Richis deo gra-
 tio nihil tibi o-
 lig fatere por-
 quod sine vlla
 ueris literarū
 sacras q̄ neq; a
 re diuina: lat-
 t em piliis in
 is quida pūap
 et cū pūare

Omne siue vno
 quicq; mouere lap-
 de pūuierū pūat
 oia ex pūuieris: nich-
 il q̄ in remanere
 linquere

Regium in om-
 nia

Christi sola au-
 tes redamatio-
 posside quādo

Adamas lapi-
 donis, cūdibili-
 hic adamantinū
 pūuierū pūat
 oia q̄ es q̄ dūq;

hanq; relapso

tus, sic restitutus, sic locupletatus, tanta obrutus benefi-
centia, ad tantas vocatus spes, quicquid amare potest, præter
illud unum, in quo, & a quo sunt omnia, quicquid nobis omnia secum
impertit. Porro autem quicquid hæc mortalis omnis complectitur, tamen
nos illi peculiariter debemus, propterea quod in nostrum, hoc est
puerorum ordinem singulari quadam propensione, atque indulgen-
tia fuisse sese pluribus declaravit argumentis. Primum, quod ita
ut erat vatum oraculis promissus, puer paruulus nasci volu-
it, cum esset imensus. Preterea quod adhuc vteri virginis late-
bris inclusus, infantis inter natus gestu, atque exultatio-
ne gaudisus est salutari. Deinde quod statim innocenti puero-
rum sanguine suam natiuitatem voluit consecrari, ut his qua-
si velitibus dux invictus bellum auspicaret. Adde his quod in-
stante morte triumphali Hierosolymam veniens, puerorum oc-
cursu atque officio decorari, puerorum voce suas laudes des-
cantari maluit. Iam vero quod amantem, quodque sollicitum puero-
rum patronum agit, cum matribus infantes suos offerentibus, ut
IESU contactu consecrarent, discipulis ne possent admitte-
ti veteribus indignans. Sinite (inquit) paruulos venire ad
me. Neque vero pueris benedixit tamen, verum etiam negat ulli
mortaliu aditum patere in regnum celorum, nisi qui ad paruu-
lorum formam descenderit. Rursum quod amanter & illud: cum tam
grauiter deterret ab offendendis pusillis, affirmans magis
expedire, ut molari saxo collo alligato princeps in mare de-
turalis, quod ut unum quemlibet ex his paruulis offendat.
Atque his quod insigne addidit elogium ad puerorum comenda-
tionem: Amen dico vobis, angeli eorum semper vident faciem pa-
tris. Gratias agit tibi tuus, tibi que dicatus grex IESU pre-
ceptor, cui quaeso ut sacras tuas manus semper admouere
velis, & ab omni scandalo peculiaris arceas. Quid illud: nonne
magnum amoris indicium, cum puerum in medio collocatum dis-
cipulis cum exemplum proponit? Nisi inquires, conuersi fueris

DE PVERO IESV

tis, & efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis in regnū cœlorū. An non eodē pertinet: cū Nicodemō scisci-
 tanti, qua via possit ad vitā immortalē pertingere, iubet
 vt denuo renascat, hoc ē in puerū redeat. Vnde adeo Chri-
 sto duci nostro placuit infantia, vt senes etiā cogat repue-
 rascere, si modo velint in illius admitti consortiū, extra
 quē nulla salutis spes est. Neq; vero a christo dissonat Pe-
 trus, cum admonet, vt tanq; nuper editi infantes lac con-
 cupiscamus. Neq; discrepat Paulus. Filioli mei, inquiēs,
 quos iterū parturio, donec forme Christus in vobis. Idē
 paruulos in Christo lacte potat. Multa sunt id genus loca
 in mysticis literis. Omnino Christianismus nihil aliū
 ad est q̄ renascentia, q̄ repuerascentia quedā. Magnū igitur
 tur pueri, magnū pueritiæ sacramentū, quā IESVS tan-
 to opere delectatus est. Non contēnamus ætatem nostram
 quā verus ille rerū æstimator tanti fecit. Tantū demus
 operam, vt eiusmodi simus pueri, cuiusmodi diligit IESVS.
 Diligit aut̄ inocuos, puros, dociles, simplices, atq;
 illud interim meminerimus hanc deo gratā pueritiā, nō
 in annis esse sitā, sed in animis, nō in temporibus, sed in
 moribus. Est enim præposterū quoddā, nobisq; magnopere
 fugiendū puerorū genus, qui mento leui, mēte sunt
 hirsuta, & etate impuberes, vitiosa astutia senes sunt. Est
 igitur nouū quoddā pueritię genus quod a Christo probat̄,
 pueritiā citra puerilitatē, & oīno senilis quædā pueri-
 titia, quæ non annorū numero constat, sed innocentia, sed
 ingennā simplicitate. An non id palā indicat Petrus cum
 ait. Deponētes igitur oēm maliciā, & oēm dolū, & simulas
 latioēs, & inuidias, & detractioēs, sicut modo geniti infan-
 tes, rōnabile, & sine dolo lac cōcupiscite, vt in eo crescatis
 in salutē. Cur addidit rationabile, nēpe vt exclude-
 ret stultitiā, quæ huius fere ætatis consueuit esse comes.

Prima petrica
 p̄ri secūdo

ac paruuloru
 innocencia p̄r
 ius Jeronimus

Simulacra p̄ri
 tris ino p̄ri
 mulo n̄r aco

voluptas desise
 es acipio p̄ri
 parturio

vero in vobis
 p̄ria n̄r p̄ri
 p̄ri

capitulum

mo nati in fa-
 lac nō corpore
 d̄ quini qd dolo

est ap̄ri h̄r
 carolarius

Cur detrahitis inuidias, simulationes, ac reliqua id genus
 vitia, quæ senū sunt quasi peculiaria: nimirū vt intelli-
 gemus Christi pueros simplicitate ac puritate æstimare,
 nō natalibus. Ad eūdē modū & Paulus. Malitia inquit,
 paruuli estote, sensibus autē perfecti. Quod est oīno in ip̄a
 puerorū ætate natiua quædā bonitas, ac velut vmbra quā-
 dam, ac simulacrū innocētiæ, vel spes potius atq; indolēs
 futuræ p̄bitatis. Mollis, & in quēuis habitū sequax ani-
 mus, pudor optimus innocētiæ custos, ingeniū vitij vas-
 cuū, corporis nitor, ac veluti flos quidā vernātis æui, &
 nescio quō quiddā spiritib⁹ cognatū ac familiare. Neq;
 em̄ temere fit, vt quoties apparēt angeli, puerili specie se
 se offerāt oculis. quæ etiā magi si qñ suis incātamētis spiri-
 tū eliciūt, in puerile corpus ferunt accersere, at quāto libe-
 tius spūs ille diuinus, p̄is ac sanctis euocat⁹ votis in hu-
 iusmodi domicilia demigrabit. Ergo ad has naturę do-
 tes si accesserit summi illius & absoluti pueri imitatio, tum
 demū & grati in illū, & illo digni pueri videbunt. Etem̄
 sic p̄ meritū quis possit nō amare? Verū enimvero ea veri
 amoris vis est, vt eius qd̄ ames q̄ simillim⁹ esse cupias.
 Qd̄ si in nobis efficit amor hūanus, quātū æmulādī stu-
 diū excitabit amor diuinus, cui ille collatus vix amoris
 vmbella est. Proinde si vere atq; ex aīo non verbotenus
 IESVM amamus, IESVM p̄ nostra virili conemur ex-
 primere, vel potius in illū trāssformari. Qz si virū assequi
 nō possumus, saltē pueri puerū imitemur. Qz hoc ip̄m
 facinus est haud quāq; puerile, imo senilibus etiā virib⁹
 maius, sed qd̄ fere nusq; succedat foelici⁹ q̄ in pueris. Ete-
 nim q̄ties negotiū ab humano pendet p̄sidio, tū robur,
 ætas, sex⁹ expēdit, verū vbi gratiæ res agit, nō nature, tū
 hoc efficacit⁹ exerit sese miraculū spūs, q̄ min⁹ erat op̄is,
 ac fiduciæ in carne. Deniq; qd̄ dubitem⁹, aut diffidam⁹.

Quæ hūmana ad hūmanū vmbella.

Inuitales doctes

Pueri inuocant
 Angles

Angelus p̄ se p̄
 li ap̄erit solent

Similitudo amor
 consilium.

Similitudo ingenij
 ad amorem referunt
 ad dandū casū aro
 p̄is hūmanitatis

Pueri p̄uiri dū
 imitent

Quo magis neg
 cū p̄uiri am
 rite hūc mōdū di
 uinagratia fūit

ipso formante, fingente, ac transformante nos, quē cone-
mur exprimere? Quis Danieli puero tantū addidit pru-
dentia? quis puero Salomoni tantū tribuit sapientia? quis
tribus illis pueris tantū adiunxit tolerantia, quis pu-
erū Hely dignū diuino fecit alloquio? quis Nicolao pue-
ro? quis Egidio? quis Bñdicto? quis Agneti? quis Ceci-
lia, quis tot tam teneris virgunculis, tam masculam atq;
inuietā virtutē dedit? Profecto non natura, sed gratia, &
vbi minus succurrit natura, ibi mirabilius operat̃ gratia
Hac igit̃ freti, magno animo studiū æmulandī puerum
IESVM capeſſamus, nec vnq; oculos ab eo velut a sco-
po deflectamus. Absolutū exemplar habemus, nihil est
quod aliunde petere oporteat. Omnis illius vita, qd nos
sequi debeamus, clamat. Quid aut̃ docuit puer ille pu-
rissimus de purissima virgine natus? nisi vt omnē huius
mundi spurcitiā & inqnamēta vitemus, atq; angelicam
quādā vitā iā nūc in terris meditemur, hoc est, id esse me-
ditemur, qd illic semp sumus futuri. Porro spirit⁹ IESV
cū omneis sordes auersat̃, & odit, tū p̃cipue beluinā illā,
& p̃fus hoīe indignā libidinē. Quid aut̃ docuit nos, na-
tus peregre, editus in tuguriolo, abiectus in p̃sepe, pan-
nis inuolutus? nisi vt semper meminerimus nos hic pau-
corū dierū hospites esse, vtq; calcatis opibus, spretis mū-
di falsis honoribus, p̃ pios labores ad coelestē illā patriā
expediti festinemus, in qua iam nunc animo viuamus
oportet, etiā si corporeis interim pedibus terrā contingi-
mus. Rursum quid admonuit in Aegyptū aufugiēs? ni-
si vt inquinatorū cōmerciū modis omnibus deuitemus,
qui IESVM in nobis, hoc est innocentiam, ac mundi ne-
glectū conant̃ extinguere. Quid vero docuit circūcisus?
nisi vt om̃eis carnis affectus ad Christū properantibus
obstrepētes amputemus, ac tanq; in nobis ipsis mortui,

*Ad 2. cor. 13. 11. in corpore
id docuit
Nihil equi mori
et mala pariet
et sic scilicet
inanis cor laſia
et sic scilicet
et sic scilicet*

CONCIO XVII

solo IESV spiritu ducamur ac vegetemur: Quid docuit
oblatus in tēplo, nisi vt totos nos ab ipsa iā infantia deo
rebusq; sacris dedicemus, cōsecremusq; ac p̄tinus recēti
adhuc mentis testa IESVM imbibamus: Neq; em̄ vlla
ætas ad discendā pietatē imatura est, imo nō est alia ma-
gis tēpestiua ad discendū Christū, q̄ ea quæ mundū ad-
huc nescit. Iam ip̄i apud vos estimatē pueri, puer ille sic
natus, sic deo dicatus, q̄ sanctis studijs totā pueritiā trās-
egerit, Nō otio, nō cibo, nō somno, nō ineptis lusib⁹, nō
stultis fabulis, non euagationibus, quēadmodū puerorū
vulgus facit, sed au tparentū obsequijs, aut sacris oratio-
nibus, aut auscultadis doctoribus, aut p̄ijs meditationis
bus, aut sanctis ac serijs cū æqualibus pueris colloquijs.
An nō hęc, & multa similia summatim cōplexus est san-
ctus Lucas: Cū scribit ad hunc modū. Puer crescebat, &
cōfortabat̄ plenus sapientia, & gratia dei erat in illo. An
nō palā videtis nouū pueritię genus: De pristinis pueris
dictū est. Stultitia colligata est in corde pueri. De nouo
hoc auditis, plenus sapiētia. Quid adhuc ætatis inscitia
pteximus, cū audiamus nō sapientē, sed plenū sapientia
puerū: Videte vt omnē rerū ordinē hic puer inuertit, qui
loquit̄ in Apocalypsi. Ecce ego noua facio oīa. Perdit̄ sa-
piētia senū, ac prudētia prudentiū reprobat̄, ac pueri im-
plētur sapiētia. Nimirū hoc noīe gratias agēs patri. Qm̄
inquit, abscondisti hæc a sapiētibus, & reuelasti ea paru-
lis. Porro ne stultā huius mūdi, ac fucatā sapiētia affecta-
remus, p̄tin⁹ adiecit. Et gratia dei erat in illo. Is vero des-
mū sapit, qui mundo desipit, & nil nisi Christū sapit. Is
nō e philosophorū libris, nō e scoticis argutis, sed synce-
ra fide cognoscit̄, spe tenet̄, charitate deuincit̄. Iā vero q̄
multa docuit nos: Vbi duodecim natus annos a parenti-
bus furtim subducit sese, ne inter notos quidē, ac p̄p̄in⁹

D

*Nulla cras ad p̄
etati discendā
manea*

Transfert pueritiam

*Equales p̄re
antēz annorū*

*Imo
hic vult inter
pietate capite
secundo*

Sapiens q̄ di

caro

*resq; dūctum
nōq; annorū q̄
dicit̄.*

DE PVERO IESV

quos reptus, post triduū deniq; inuētus est. Sed vbi tan-
dem inuētus? Nū in circulis? nū in choris? nū in vñs aut
foro? Audite pueri, vbi reptus sit IESVS, relictis parētis
bus, qđāmodo fugitiuus, & vbi vos versari cōueniat in-
telligetis. In tēplo inquā inuētus est in medio doctorū se-
dens, audiēs illos, ac vicissim interrogans. Quid docuit
nos IESVS his tā admirādis factis? Non dubiū quin rē
magnā, rē seriā, rē imitādā docuerit. Quid autē? quid nisi
vt grādescere in nobis Christo, qñquidē & in nobis nas-
scitur, & habet suos aetātū gradus, donec occurrāmus in
virū pfectū, & in mēsurā plenitudinis eius. Ergo cū grā-
descit in nobis, docet vt naturales parētū & amicorū affe-
ctus in deū transferamus, nihil hic amemus, nihil mire-
mur, nisi in Christo, & Christū in oībus. Meminerimus
nos verū patrē, patriā, cognatos, amicos habere in coelis.
Verū ne qs imaginē hūc parētū neglectū, fastū, aut ino-
bediētā sapere, cōsequit. Et erat subditus illis. Immo ne
mo suos parētes veri⁹ amat, nemo magis pie colit, nemo
obseruātius morē gerit, q̄ qui sic cōtēnit. Quid autē est se-
dere in tēplo, nisi in rebus sacris cōquiescere, & ad discē-
dū animū ab oībus tranquillū curis adferre. Nihil autē
vitijs est turbulētius, & otii ac quietē amat sapiētia. Iā a-
q̄ tadē nos grauēmur discere, q̄ attētas aures p̄ceptorib⁹
p̄bere cōuenit, cū puer ille cōlestis, sapiētia dei patris, in
medio doctorū sedeat, audiēs vicissim ac rñdens, sed ita
rñdens, vt oēs eius sapiētā admirarent. Neq; id mirū,
cū is esset, ad quem oīs mūdi sapiētia stulta est. Preclara
res legū prudentia, egregia res philosophiæ cognitio, su-
spiciēda res theologiæ p̄fessio. Verū si quis IESVM au-
diat, ilico stultescūt oīa. At nostra rñsio, si sapiētia miras-
culū excitare nō potest, certe sapiat modestiā, sonet inno-
centiā. Rursum obsecro, q̄ morigeros, q̄ obsequētes nos

*Christus grandis
sempiternus nobis
habere suos et
in gradibus*

*Res hic portio
non habemus*

*Dirit intus
pater iaciat
caram p̄p̄tē
Sede in templo
oculis suis
cuncta vult
vitijs q̄q̄
in hac re esse
vnde deus*

*Deus in oī
sedentia*

*Delere
in p̄lo
Dicit
cuncta
cia q̄*

esse decet parentibus ac praeceptoribus, quos potiores
 veluti ingenij parētes habemus, posteaq; ille dñs omnium
 cū a parētibus nō intelligeret, tñ subditus ille redierit in
 Nazareth, Debet hoc pietati, debet parētū reuerentiē, vt
 aliquoties illorū volūtatī cōcedamus, etiā si nos meliora
 viderim⁹. Sed iā opē precii est audire, q̄ apto finī Lucas
 IESV pueritiā concluderit, Et IESVS (inquit) p̄ficiēbat
 sapiētia, etate & gratia apud deū, & apud homines. Q̄
 multa, q̄ paucis nos docuit. Primū cum aetatis accessio-
 ne, pietatis itē accessionē oportere cōpari, ne illud i nos
 iure dici possit, qd in hoīm vulgus diuus dixit Augusti-
 nus, Qui maior est aetate, maior est iniquitate. Neve in hoc
 pulcherrimo certamine vnq; restemus, aut nos allecutos
 arbitremur, sed in morē currētū in stadio, a tergo relicta
 negligētes, in anteriora nitamur, ac sp̄ a bonis ad melio-
 ra, a meliorib⁹ ad optima p̄ficere conemur, donec ad me-
 tam, hoc est huius vitæ finē p̄uētū erit. Socrates iā ad mo-
 dū senex, p̄inde q̄si nihil sciret, ita sp̄ & a quib⁹ discere siti-
 ebat. Itidē & nos q̄ magis in Christo fuerimus, hoc min⁹
 nobis placebimus, si mō vere in illo fuerimus progressi,
 adeo φιλαυτία pestis est & studiosorū & pietatis. Ac iux-
 ta Fabiū, p̄cox illud ingeniorū gen⁹, nō temere puenit
 ad frugē vel eruditōis, vel innocentiae. Equidē nec ordinē
 ociosum esse puto. Apud deū & apud hoīes. Vt intelliga-
 mus in primis dādā operā, vt vita nostra deo placeat. Id
 agētes, hūan⁹ fauor vltro cōsequet⁹. Nihil em̄ virtute pul-
 chrius, nihil amabili⁹, quā laus hoc magis seq̄ solet, q̄ mi-
 nus appetit⁹. Paucis, vt potuimus, vobis explicimus exē-
 plar pueri, quem & amare plurimū, & imitari studiosissi-
 me debem⁹. Atq; oīno tantū videbimur amare, q̄ntū fue-
 rim⁹ imitati, Rursum tāto plen⁹ imitabimur, q̄nto ama-
 bim⁹ ardēt⁹. Proinde hoc ipm ab illo q̄tidianis ac puris

D ij

Præceptoribus
 genij parentes

hic dicitur Jeron-
 imus in epistola ad
 Paulinum
 et eaz q̄ mille q̄
 p̄p̄ vire filius
 ad vengit et it
 ad vengit et it
 firas trans aptu
 unde tan iudem
 Donato et m̄p̄q̄
 senex magis ho
 m̄p̄is p̄uocem
 fatis p̄p̄p̄p̄
 Studiu san-
 carnicu p̄uoc
 Q̄do lufre verba
 tu orio q̄na est
 Virtutis p̄uocem

Quod dicitur
 Maria

Quod dicitur Maria

Præceptoribus
 genij parentes

DE PVERO IESV

precibus flagitemus, vt nobis donet amore sui flagrare, sui similes euadere, hoc est castos, puros, incotaminatos mites, simplices, tractabiles, expertes fuci, ignaros doli, nescios inuidiæ, parētibus morigeros, p̄ceptoribus dicto audiētes, mūdi cōtēptores, rebus diuinis addictos, p̄is li-
teris intentos, nobis ipsis quotidie meliores, p̄batos supe-
ris, gratos hominibus, odore bonæ famæ q̄ plurimos ad
Christū alliciētes. Hæc inquā assidue flagitemus, hæc ma-
nibus pedibusq̄ conemur, dū habilis etas, breui alioqui
fugitura. Etem si recte monuit Fabius, optima statim ac
primo discenda. Quid prius disci debet, q̄ Christus, q̄ ni-
hil est melius. Immo quid aliud discere oportet christia-
nū q̄ eū vnū, quē nosse, vita est eterna. Quēadmodū ip̄e
testat̄ patrē orās in euāgelio. Id si curabimus, vtcūq̄ pro
virili gratiā referemus, tā singulariter de nobis merito, et
illi referēdo gratiā, ip̄m nobis lucrificiemus. Referemus
aut̄ hoc plenius, quo vehemētius redamabimus. Porro
hoc magis illū redamabimus, q̄ magis vita ac morib⁹ ex-
primemus. Iam quo magis exprimemus, hoc magis ip̄o
locupletabimur.

TERTIA PARS.

¶ At interim nōnullis forsitan succurret aio, duram hanc
esse militiā, repudiatis oib⁹, cū Christo crucē tollere. Sed
memineritis fratres dilectissimi, loge diuersam mūdi &
Christi esse naturā. Mundus ceu fucata meretrix, prima
fronte blandus nobis & aureus occurrit, postea quo in-
grediare alt⁹, quo p̄pius inspicias, hoc magis ac magis
tetra, putida, fellita sunt oīa. E diuerso Christus p̄cul in-
tuētibus durior apparet, dū cruces videmus, dū volupta-
tū ac vitæ cōtēptū. Verū si qs fidenti aio totū sese in illū
reñciat, reperiet nihil esse mollius, nihil expeditius, nihil
dulcius. Nisi forte verū nō dixit veritas in euangelio, cū
ait, Tollite iugū meū sup vos, & iuenietis requiē aiabus

*Poste est quod pa-
tr̄s dicit. De
hys inducere
nouus homines*

*Manib⁹ pedib⁹
ada*

*Christ⁹ imprimis
ascendit*

*In hac reuera
ma hui⁹ ratione
patet christiane bre-
uitatis militie*

*Mundi et christi
naturæ diuersitas*

vestris, iugū em̄ meū suaue est, & onus meū leue. Hæc ni
 mirū vere est ardua illa virtutis via, quā & olim tanto an
 te Christū, vtcūq; somniauit Hesiodus, primo aditu aspe
 rior, pgressu semp & facilior, & amœnior. Sed quid tādē
 asperū videri pōt, quo ad tam ingēs, tā certū itur pmiū.
 Si iuxta Sapiētis dictū, spēs pmiū minuit vim flagelli, q̄s
 in hac momētanea vita, nō leue, nō dulce iudicet, q̄ cœle
 stem illā, & nūq; defiturā sibi paret vitā, æternū regnas
 re cū Christo, assidue sūmū illud intueri bonū, versari in
 angelorū cōtuberniō, ab omni malorū metu pcul abesse.
 Quis oro tm̄ hoc pmiū, nō vel sexcentis mortibus em
 ptū velit? Atqui hoc tantū donatiū pollicet militibus
 suis imperator noster IESVS qui neq; fallere pōt, neq;
 mētiri nouit. Iā apud vosmetipsos expēdite fructus, eter
 nitatē, ac magnitudinē, cōtra q̄ breue huius militiæ tps,
 nimirū haud longius ipsa vita, quæ quid aliud est, q̄ vas
 por ad exiguū tēpus apparēs, aut vnius horæ somnium.
 Sed agedū de hoc interim inæstimabili pmiō sileamus,
 atq; inspiciamus q̄ abunde magna mercede dux noster
 militū suorū labores etiā in hac vita cōpēsēt, quamq; dis
 parē metant messem, qui mūdo militāt, & qui merēt sub
 Christo IESV. Audiamus quid ipsi dicāt imp̄i in libro
 Sapiētiae. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis,
 ambulauimus vias difficiles, viā autē dñi ignorauimus.
 Illectat mūdus fucatis bonorū simulacris, q̄ nihil aliud
 sunt, q̄ mellita venena. Mox attractos, & velut in aucto
 ratos, deū immortalē, in quas curas, quas sollicitudines,
 quas turbas, quæ dispēdiā, q̄ dedecora, in quā cōscientiæ
 mēris carnificinā, in quā ifœlicē exitū, miseros adducit.
 Vt hic q̄q; iam abūde magnas impietatis pœnas dedisse
 videant, etiā si nulli cōsequant inferi. Atq; reiectis mun
 di fucis, in IESVM, hoc est summū bonū, omnē amorē,

D iij

Ardua via virtutis
 de hac lastan
 te. di.

Quod si cui piti
 lū. Quod facile
 in numeris viciis
 amplectimur auge
 Huius pmiū q̄

Vita humanā
 nō cōtraia sū
 dūc anhelig. Hā
 Regē q̄ sēp pū
 sōs ardua dūc
 Infingit pūm pū
 in reget approp
 mo. Ingressi: lē
 est postq; alia
 carmina tangit

Vita humanā
 por ore pūmū

Cristy imperator
 noster etiā in hac
 vita mīlites suos
 cōpēsēt

quidā pūmū q̄q;

Difficilis
 Impij. longē magis
 in dñi viā q̄ p
 infirmitis inuēto
 tangant.

Impiorū mēris
 cōscientiæ agitāt
 verba est dei q̄
 valli pōt nec faller
 va impij mēre ferū
 id quiescere nō pōt
 nūq; il em̄ illis q̄
 fūit
 oīdānt oīa cū
 n tēta

Donatiū
 in mēre
 q̄ dicit
 quod ap
 mēre
 vel in pa
 ra pōt
 donatū
 dūc pūmū
 q̄ mag
 dūc pūmū
 donatiū
 sūmū
 dūc pūmū
 atq; q̄

Mala
 terrena
 mellita
 terrena

DE PVERO IESV

curā studiūq; transferūt, totiq; ab illo pendēt, q̄ iuxta pro-
missum euangelicū, nō modo vitā aeternā possidebūt, ve-
rum etiā in hoc seculo centuplū accipiēt. Quid est aut ac-
cipere centuplū? Nēpe pro fucatis bonis vera, p̄ incertis
certa, pro fluxis aeterna, p̄ veneno tinctis syncera, pro cur-
ris otii, pro sollicitudine fiducia, pro turbulētia trāquil-
litate, pro dispēdīs vnitate, pro flagitijs integritate, p̄ cō-
sciētię cruciatu, secretū & ineffabile gaudiū, p̄ turpi atq;
infœlici exitu, gloriosam ac triumphalē mortē. Spreuisti
diuitias amore Christi, in ipso veros inuenies thesauros.
Reiecisti falsos honores, in hoc lōge eris honoratior. Ne-
glexisti parentū affectus, hoc indulgētius fouebit te pa-
ter verus, qui est in cœlis. Pro nihilo habuisti mūdā sa-
pientiā, In Christo longe verius sapiēs, ac fœlicius. As-
p̄natus es pestíferas voluptates, in ipso multo alias inueni-
es delicias. Breuē vbi arcānas illas, sed veras opes Chris-
sti, dispulsa mūdi caligine videris, omnia quæ prius arri-
debant, q̄ sollicitabāt, ea non solū nō admiraberis, sed p̄-
inde vt pestes quasdā fugies, reñcies, auerlaberis. Fit em̄
mirū in modū, vt simul atq; cœlestis illa lux animos no-
stros penitus attigerit, p̄tinus noua quedā rerū omniū fa-
cies oboriat. Itaq; q̄d paulo ante dulce videbat, nūc ama-
rescit, q̄d amarū, dulcescit, q̄d horrendū, blandit. q̄d blā-
diebat, horrescit. q̄d splendidū ante, nūc sordidū. q̄d po-
tens, infirmū. q̄d formosum, deforme. q̄d nobile, ignobilē.
q̄d opulentū, egenū. q̄d sublime, humile. q̄d lucrū, dā-
num. q̄d sapiēs, stultū. q̄d vita, mors. q̄d expetēdū fugiēs-
dū. & cōtra. Vt repēte mutata rerū specie, nihil minus eē
iudices, q̄ id q̄d esse videbant. Ergo in vno Christo com-
pendio ac vera reperiunt oīa bona, quorū inanes ac men-
daces imagines, & vmbras, ceu præsigiās, mundus hic
ostendit, quas miserū mortaliū vulgus tāto animi tumultu

Centum aut accipere
qd fit Qui cal-
naria p saluatore
dimittit

Magnus electio
et illuminatio
omniū rerū foris
plena

Frigo huiusmodi
non sunt

tu, tantis dispendijs, tantis periculis, p̄ fas nefasq; perseg-
 tur. Quā obsecro beatitudinē cū hoc animo cōferre que-
 as? Qui iam liber sit ab errore, liber ab affectibus, secur⁹
 semp̄ gaudēs ob testimoniū cōsciētię, nulla de re sollicit⁹
 tus, altus, sublimis, ac cōlo proximus, iamq; sup̄ sortē
 humanā, qui in Christo excelsissima petra nixus, omnes
 huius seculi fucos, tumult⁹, p̄cellas, ex alto rideat, negligat,
 vel potius cōmiseret. Quid autē timeat is, qui p̄pus
 gnatorē habeat deū. Ignominiā? At summa est gloria p̄
 Christo ignominiā pati. Paupertatē? At opū sarcinā lubēs
 abijcit, quisq; ad Christū p̄perat. Mortē? At ea maxime
 in votis est, per quā scit sese ad imortalē vitā esse trāsmi-
 tendū. Qua de re sit sollicitus, cuius pater cōlestis etiā p̄
 los habet annumeratos? Quid autē cupiat is, q̄ in Chris-
 to possidet oīa? Quid em̄ nō cōmune mēbris & capiti?
 Iam vero quāta est hoīs nō modo fœlicitas, verū etiā di-
 gnitas, viuū esse mēbrū sanctissimi corporis ecclesię, idē
 esse cū Christo, eandē carnē, eundē spiritū, cōmunē cum
 illo habere patrē in cōlis, Christū habere fratrē, ad cōmu-
 nē cū illo hæreditatē destinātū esse, breuiter iā nō hoīem
 esse, sed deū. Adde his gustū quendā fœlicitatis futurę,
 quē pię mentes subinde percipiūt. Hęc nimirū viderat,
 hęc senserat p̄pheta, cum ait. Nec auris audiuit, nec ocu-
 lus vidit, nec in cor hoīs alcēdit, quę preparasti deus di-
 ligētibus te. Proinde charissimi sodales, si dabimus ope-
 ram, vt vere Christi membra simus, iuxta illud p̄pheti-
 cū dictū. Iustus vt palma florebit, etiā in hac vita p̄petua
 quadā adolescētia vernabimus, nō aīo tantū, verū etiam
 corpore. Etem̄ quēadmodū floridus ille IESV spiritus
 in nostrū spiritū redūdabit, ita noster vicissim in suū cor-
 pus influet, & quoad fieri pōt, in sese transformabit. Nec
 poterit tātus animi ac corporis nitor vestiū sordes ferre.

Quia magis dei habitatio

D iij

Magna re-
 p̄sentat
 quā iā cōfite-
 sibi nulla p̄cellas
 m̄p̄a: Quē p̄m̄ dū
 dūz voluptatib⁹
 aīd⁹ q̄ possidet
 optat q̄ possidet
 to impendat.

Christ⁹ p̄ p̄p̄at
 noster: quare nō
 n̄h̄ il timēdū.

Pilos ad m̄m̄
 caros m̄p̄t &
 capiti capiti oēs
 m̄m̄erati s̄m̄ m̄
 d̄m̄ d̄m̄ d̄m̄
 in m̄p̄a d̄m̄

Sancti fœlita-
 monet v̄b̄m̄
 d̄m̄ d̄m̄ d̄m̄
 m̄d̄m̄ d̄m̄
 impl̄at d̄m̄
 d̄m̄ d̄m̄ d̄m̄
 d̄m̄ d̄m̄ d̄m̄

Sublimis
 m̄p̄t &
 uarg. q̄
 m̄p̄t
 iōe d̄m̄
 d̄m̄ d̄m̄
 d̄m̄ d̄m̄

Hac t̄p̄
 m̄p̄t
 d̄m̄ d̄m̄
 d̄m̄ d̄m̄
 d̄m̄ d̄m̄
 d̄m̄ d̄m̄

Quia
 d̄m̄ d̄m̄
 d̄m̄ d̄m̄
 d̄m̄ d̄m̄
 d̄m̄ d̄m̄

DE PVERO IESV

Nā anim^o noster habitaculū est dei, animi domiciliū est corpus, porro vestis & ipa corporis, qdāmodo corp^o est. Ita fiet, vt capitis puritati totus homo respōdeat, donec peracta hac vita ad immortalitatē traducat.

EPILOGVS.

Agite igit optimi cōmilitones, ad hanc tantā felicitatē, sūmis viribus enitāmur, ducē nostrū IESVM vnū admiremur, quo maius nihil esse pōt, imo sine q nihil est oīno magnū. Hūc vnū amemus, q nihil esse melius pōt, imo extra quē nihil est oīno bonū. Hūc imitemur, qui solus est verū & absolutū pietatis exemplar, extra quē quis quis sapit, desipit. Huic vni inhereamus, hūc vnū amplectamur, hoc vno fruamur, in quo est vera pax, gaudium, tranquillitas, voluptas, vita, immortalitas. Quid multis? sūma bonorū est omniū. Extra hūc nihil suspiciamus, nihil amemus, nihil appetamus, huic vni placere studeamus. Meminerimus nos sub illius oculis, & illius angelis testibus, quicquid agim^o agere. Zelotypus est, nec vllas mūdi sordes patit. Quare purā, & angelicā in illo viuam^o vitā, ille sit nobis in corde, in ore, in oīni vitā. Hūc penitus sapiamus, hūc loquamur, hūc moribus exprimamus. In illo negotiū, otīū, gaudiū, solatiū, spem, presidīū omne collocemus. Hic a vigilantīū animis nuncq̃ discedat, hic dormiētibus occurrat. Hūc & literæ nostræ, & lusus etiā sapiant, p hunc & in hoc crescāmus, donec occurrāmus in virū perfectū, & gnauiter obita militiā, perpetuū cum illo triumphū agamus in cœlis. Dixi.

Concionis de puero IESV.

FINIS

EXPOSTVLATIO XXI
D. ERASMI ROTERODAMI, VTRI
VSQVE LINGVAE DOCTISSIMI,
EXPOSTVLATIO IESV CVM
HOMINE SVAPTE CVL
PA PEREVNTE.



Vm mihi sint vni bona, quæ vel frondea
tellus,
Vel olympus ingens continet,
Dicite mortales, quæ vos dementia cœ
pit:
Hæc aucupari vt vndeuis
Malitis, q̃ de proprio deposcere fonte,
Adeo benigno, & obuio?
Mendacesq; iuuet trepido, miseroq; tumultu
Vmbas bonorum persequi?
Pauci me, qui sum veræ largitor & auctor
Fœlicitatis, expetant?
Forma rapit multos, me nil formosius vsq; est,
Formam ardethanc nemo tamen.
Suspiciunt Ceras, antiquaq; stemmata multi.
At me quid est illustrius?
Vt qui sim genitore deo deus ipse profectus,
Genitrice natus virgine.
Vnde fit, vt mecum vix gestiat vnus & alter
Affinitatem iungere?
Maximus ille ego sum cœliq; soliq; monarcha,
Seruire nobis cur pudet?
Diues item, & facilis dare magna, & multa roganti,
Rogari amo, nemo rogat.
Sumq; vocorq; patris summi sapientia, nemo
Me consulit mortalium,

D v

DE PVERO IESV

Ipse ego sum ætherei splendorq; decusq; parentis,
Me nemo stupet, aut suspicit.
Sum firmus iuxta, ac iucundus amicus amico,
Me pariter, ac meas opes
Candidus, atq; lubens charis impertio, nemo hanc
Ambit necessitudinem.
Sum via qua sola cœli itur ad astra, tamen me
Terit viator in frequēs.
Cur tandem ignarū dubitat mihi credere vulgus?
Aeterna cum sim veritas.
Pollicitis cur stulte meis diffidere perstas?
Cum sit nihil fidelius.
Auctor ad hæc vitæ cum sim vnicus, ipsaq; vita,
Cur sordeo mortalibus?
Lux ego sum, cur huc vertunt sua lumina pauci?
Dux, cur grauantur insequi?
Viuenti recte certissima regula solus,
Aliunde formas cur petunt?
Ipse ego sum solus vera, & sine felle voluptas,
Quid est q; ita fastidior?
Vnica pax animi, quin huc deponitis ægri
Curas edaces pectoris?
Si benefacta truces etiam meminere leones,
Referuntq; beluæ vicem,
Respondere feris merito didicere dracones,
Si meminit officiū canis,
Si redamant aquilæ, redamant delphines amantem,
Cur efferator feris,
Me me non redamas homo? Cui semel omnia feci,
Quem condidi, quem sanguine
Asserui proprio, propriæq; a morte recepi
Dispendio vitæ volens.

Si bos agnoscit dominū, si brutus asellus
 Agnoscit altorem suum,
 Cur me solus homo male gratus nosse recusas,
 Et conditorem, & vindicem?
 Vnus ego hic tibi sum cunctorū summa bonorū,
 Quid est quod extra me petas?
 Quorsum distraheris per tot dispendia, grassans
 Laboriosa inertia?
 Sum placabilis, & pronus miserescere, quin hoc
 Miser ad asylum confugis?
 Idem iustus, & implacabilis ultor iniqui,
 Cur non times offendere?
 Corpus ego, atq; animum nutu sub tartara mitto,
 Nostri metus vix vllum habet.
 Proinde mei desertor homo secordia si te
 Adducet in mortem tua,
 Præteritum nihil est, in me ne reſce culpam,
 Malorum es ipse auctor tibi.
 Nam quid adhuc superest? Si te neq; prouocat ardens
 Suicq; prodiga charitas,
 Obis marmoreum pectus, neq; mitigat vnq;
 Adeo profusa benignitas.
 Si neq; tantarum spes vel certissima rerum
 Expergefacerit, & allicit,
 Si neq; tartareæ cohibet formido gehennæ,
 Nec vllus admonet pudor.
 Immo si durant magis hæc, adduncq; stuporem,
 Tam multa, tamq; insignia,
 Vt facile immanescq; feras, chalybemq; petramq;
 Rigore victo molliant,
 Quid faciat pietas, quibus artibus abstrahat vltro
 Deuota mortis pectora?

DE PVERO IESV

Inultum seruare, nec est mentis (puto) sanæ,
Et patria prohibet æquitas.

τέλος.

IMAGO PVERI IESV POSITA IN LVDO LITERARIO, QVEM NVPER IN- STITVIT CO- LETVS.

Discite me primū pueri, atq; effingite puris
Moribus, inde pias addite literulas.

CARMEN PHALECIYM.

Sedes hæc puero sacra est IESV,
Formandis pueris dicata, quare
Edico, procul hinc facessat, aut qui
Spurcis moribus, aut inerudita
Ludum hunc inquinet eruditione.

CARMEN IAMBICYM.

Non inuenusto antiquitas ænigmate
Studij magistram, virginem
Finxit Mineruā, ac literarum præsides
Finxit Camœnas virgines,
Nunc ipse virgo matre natus virgine,
Præsideo virgineo gregi,
Et sospitator huius, & custos scholæ.
Adsunt ministri virgines,
Pueros meos mecum tuentes angeli,
Mihi grata ubiq; puritas,
Decetq; studia literarum puritas.
Procul ergo sacro a limine

Morum arceant mihi literatores luem,
Nihil huc recipiant barbarum.
Procul arceant illiteratas literas,
Nec regna polluant mea.

ALIVD.

Quin hunc ad puerum pueri concurritis omnes?
Vnus hic est vitæ regula, fonsq; piæ.
Hunc qui non sapiat, huius sapientia stulta est,
Absq; hoc vita hoīs mors (mihi crede) mera est.

SAPHICVM.

Cœperit faustis auibus precamur,
Semper augescens meliore fato,
Hic nouę sudor nouus officinæ.
Auspice IESV.

Hic rudis (tanq; noua testa) pubes
Literas graias, simul & latinas,
Et fidem sacram, tenerisq; Christum
Combibet annis.

Quid fuit læta sobolem dedisse
Corporis forma? Nisi mens & ipsa
Rite fingatur, studijsq; castis
Culta niteſcat?

Stirpe ab hac sensim noua pullulabit
Ciuium proles, pietate iuxta, ac
Literis pollens, breuiterq; regno
Digna Britanno.

Ludus hic syluę pariet futuræ
Semina, hinc diues nemus vndequaę
Densius surgens decorabit Anglum
Latius orbem.

Epitaphiū Scurrule temulenti, Scazon.

Pax sit viator, tacitus hos legas versus,
Vt sacra verba mullitant sacerdotes,
Ne mihi suauem strepitus auferat somnum,
Repetatq; vigiles ilico sitis fauces.
Nam scurrula hocce sterto conditus saxo,
Quondam ille magni clarus Euij myltes,
Vt qui bis octo lustra perbibit tota,
Oculis profundus deinde somnus obrepfit,
Vt fit, benigno membra cum madent Baccho.
Atq; ita peractis suauiter bonis annis,
Idem bibendi finis, atq; viuendi
Fuit. Sed etiam me aliquis ebrium credat,
Aut somniare, qui ista dormiens dicam.
Vale viator, iam silenter abscede.

FINIS.

Argentorati, Ex Aedibus Matthiae Schu
rerij. Mense Aprili, Anno
M. D. XVI.
T. O.

REGNANTE MAGNANIMO IMP.
CAES. MAXIMILIANO.
P. F. AVG. P. Q. P.

